ZU DER

ÖFFENTLICHEN PRÜFUNG

SÄMMTLICHER KLASSEN

DES

DOMGYMNASIUMS ZU NAUMBURG

DEN 7. 8. UND 9. APRIL 1862

LADET ERGEBENST EIN

DR. FOERTSCH,
GYMN.-DIR.

Inhalt:

Naumburg a/S.
Gedruckt von Heinrich Sieling.
1862.

Cum ad argenteae quam vocant latinitatis rationem pernoscendam lexica, in quibus unius cuiusque scriptoris proprium dicendi genus seorsum tractetur, necessaria esse intellexerim, opus illud quod *Wenschius* (Lexici Pliniani Specimen. P. I. II. Progr. Viteb. 1837. 1839.) inchoavit quidem sed propter temporis vincula et valetudinis infirmitatem non perfecit, ad finem perducere et in lucem edere mihi proposui. Quoniam vero per spatii mihi concessi angustias talem materiam non posse absolvi ideoque a libelli scholastici finibus esse removendam putavi, occasione oblata nonnulla *de C. Plinii Caecilii Secundi elocutione* tradere constitui. Non enim inutile atque ineptum mihi visum est hanc de Plinii minoris dicendi genere quaestionem gravissimam ac paucis tantum expetitam quasi renovare, cum eum, si quaeris quem locum teneat inter argenteae latinitatis scriptores, in meliorum numero habendum esse censeam. Qui cum a Quintiliano praeclarissimo dicendi magistro optimis litteris eruditus excellentis eloquentiae speciem et formam adumbrans Ciceronem tanquam exemplum summum ad imitandum sibi proposuisset, ab incorrupta illa Latini sermonis integritate non tantum abhorruit, quantum scriptores eiusdem aetatis abhorruisse apparet. Nec tamen fieri poterat quin dicendi consuetudinem suis temporibus pervulgatam ipse quoque sequeretur, id quod multa et certissima sermonis ab aureae aetatis cura recedentis indicia demonstrant. Neque enim in grammatica solum ac verborum componendorum ratione orationi suae nova immiscuit, sed eis etiam quibus argenteae aetatis scriptores Latinae linguae opes locupletarunt vocibus et locutionibus usus est atque nova verba subtiliter et ingeniose excogitata in Latinam linguam induxit, quae ob eam causam enumeratione digna esse puto quod linguae Latinae castitatem et sinceritatem eis quae Augusti aetati successerunt temporibus paulatim concidisse ostendunt.

Quae cum ita sint, id mihi proposui ut omissis eis vocibus locutionibusque quas Plinius e poëtarum inprimis Augusteae aetatis libris petitas in suum usum convertit omnes eas voces et loquendi formulas colligerem quae et Plinio soli propriae et ei cum argenteae aetatis scriptoribus communes sunt. Quod sic instituendum putavi ut substantiva adiectiva, quibus participia in adiectivorum modum usurpata addidi, verba adverbia praepositiones coniunctiones enumerarem, qua in re eas voces locutionesque, quarum Plinius auctor videtur esse, asterisco, eas autem quae quamvis ante Plinium in usu essent tamen ab eo solo amplificata novaque vi et significatione ornatae sunt, hoc signo † notavi. Reliquae deinde voces a me commemoratae Plinio cum uno pluribusve scriptoribus vel eiusdem vel posterioris aetatis communes sunt, quod quo clarius perspiceretur locos quibus eae extant diligenter a me investigatos apposui. His adiunxi earum vocum appendicem, quas Plinius e Graeco sermone petitas operibus suis inspersit, sive eas integra forma usurpavit sive eas inflexit earumque terminationes Latinis similes reddidit. Ut autem omnia uno quodam in conspectu videre liceret, singulis orationis partibus separatis verborum indicem litterarum ordine digestum com-

posui. Postremo qui quantis difficultatibus haec litterarum Latinarum pars obstricta teneatur exploratum habent, eos rogo ut erratorum si qua erunt veniam mihi dent.

Restat ut Plinii epistolarum novem libros ab epistolis eiusdem et Traiani imperatoris singulari qui vulgo fertur decimo libro comprehensis a me seiunctos esse commemorem, id quod optimo iure fieri posse novissimus Plinii editor, *Henricus Keil,* a cuius scriptura paucis locis exceptis non recedo, docuit. At ab Orellio institutum ordinem et numerum harum epistolarum retinui, ne quicunque locos in indice allatos in lexicorum fundis et prioribus editionibus conferre vellet haesitaret. Idem in quinto epistolarum libro feci.

His praemissis ad indicanda opera doctorum hominum, quibus non nihi ladiutus sum, aggrediar. Atque "praeter doctas et laboriosas *Schwarzii* copias" in Panegyrico congestas commentariis instructis Plinianorum operum editionibus *Gronovii Cortii Gesneri Gierigii,* cuius Clavis Pliniana auctorem et in expediendis eis quae ad res spectant summa diligentia versatum et in interiorem usus Pliniani notitiam sese insinuasse demonstrat, *Schäferi Döringii* usus sum eaque collegi quae in meum usum putavi adhiberi posse. Nec *Wenschii* quem supra commemoravi studio in Plinii elocutione diligenter pervestiganda consumpto me sublevatum esse nego. E diligentissima *Östlingii* "de elocutione Plinii minoris a vere classica quam vocant non nihil abhorrente" (Upsal. 1839) disputatione, quam per bibliopolas frustra quaesitam a Iantio bibliothecae Upsaliensis custode liberaliter mihi concessam esse grato animo profiteor, haud exiguum fructum percepi, non illum quidem talem qualem expectaveram, cum nec voces a Plinio e poëtarum et deteriorum aureae aetatis scriptorum, in quibus Livius potissimum numeratur, libris petitae nec loquendi formulae, quae aut satis poëtica aut alia ratione a veterum sermone aliena mutatum dicendi genus produnt, iusto modo sint separatae. Postremo, ut natura rei fert, ad parata thesaurorum latinitatis subsidia confugi, in quibus tutam viam ac plane munitam tibi traditam esse noli suspicari. His libris, qui Plinianam elocutionem separatim explicatam ostentant, ea addo quae ab hominibus eruditis de discrepantiis inter auream et argenteam latinitatem intercedentibus eleganti doctrina et cum ingenii laude in universum disputata sunt. In his numero praeclarissimas *Krebsii Klotzii Popponis* copias — hic tres "de latinitate falso aut merito suspecta" commentationes (I. II. Progr. Francof. 1841. 1850. III in Mützell Zeitschr. f. d. Gymnasialwesen XIII, 497 sqq.) scripsit, in quibus haud vulgaris Latini sermonis existimator inventus est —, *Bonnelli* et *Bötticheri* lexica diligentissimo labore et constantia singulari confecta, doctas disputationes *Opitzii* (Specimen lexicologiae argenteae latinitatis, Progr. Numb. 1852. Quaestiones Plinianae ib. 1861, in quibus de Plinii maioris genere dicendi disseruit) collegae familiaris, cuius potissimum opera ad explorandam argenteae latinitatis rationem compulsus sum, et annotationes *Grasbergeri* qui in libro suo "de usu Pliniano" (Wirceb. 1860) aliquot locis dicendi genus Plinii minoris Senecae Taciti non sine aliqua arte examinavit. *Reifferscheidti* vero commenta (Mus. Rhen. XV, 635. 636) nonnullos Plinii locos emendantis a proposito meo aliena sunt.

I. Substantiva.

*Abactus *Pan.* 20 "a. hospitum."

accursus *ad T* 43, 2 "a. populi." Tac. Ann. IV, 41. Val. Max. VI, 8. Sen. Hipp. 894. Stat. Theb. VI, 511. Sil. XV, 607.

†acor per translationem VII, 3, 5. Propria significatione h. v. in usu est ap. Quint. IX, 3, 27. Colum. III, 21 et Plin. mai. saepe.

acta publica V, 14, 8. VII, 33, 3. *P.* 75. Tac. Ann. XII, 24. Suet. Tib. 8. Acta urbana ap. Plin. Epp. IX, 15, 3 ut iam ap. Cic. Att. VI, 2.

*actiuncula *brevis oratio* v. *accusatio* IX, 15, 2.

actor *servus ad varia munera obeunda destinatus, praecipue ad reditus a colonis exigendos, ad aerarium administrandum si Caesaris erat,* III, 19, 2. VII, 18, 2 "a. publicus" *P.* 36. Tac. Ann. II, 30. III, 67. Colum. I, 7.

actus *ratio ad T* 27. 37. 98. Rerum actus sunt negotia forensia, iuris dictio IX, 25, 3. Suet. Aug. 32. Claud. 15. Ner. 17. Posteriores h. v. ita utuntur ut sit *munus ad T* 52. Sen. Ep. 8. de otio sap. 28. Tert. adv. Marc. 4. Inde apud ICtos *ab actu removeri.*

admissio *aditus, facultas adeundi principem P.* 47. Plin. mai. XXXIII, 3, 12. Sen. Benef. VI, 33. Clem. I, 10. Ammian. XV, 5. XXII, 7.

advocatio a) *causae forensis patrocinium totumque oratoris officium* II, 11, 19. V, 14, 2. b) *coetus advocatorum* VI, 33, 3. Quint. V, 13, 49.

advocatus *causae patronus* II, 19, 2. IV, 11, 12. 12, 4. V, 4, 2. 9, 2. 20, 1. VI, 31, 11. 33, 5. VII, 6, 1. 22, 2. 33, 4. VIII, 6, 9 [transl. "illi superbissimae abstinentiae advocato"] *ad T* 85, 6. Quint. III, 8, 51. IV, 1, 17. XII, 1, 13. Tac. Ann. XI, 5. 6. Dial. 1. Suet. Claud. 15. 33.

aeternitas Romanis imperatoribus tributa *ad T* 50. 67. 87. 113. Inde aeternitas imperii *P.* 67. Suet. Ner. 11.

affectio *amor, benevolentia P.* 33. Tac. Ann. IV, 15. Germ. 5. Iustin. XXIV, 3. Plin. mai. VIII, 54, 80. Gell. X, 18.

affectus *amor, benevolentia, studium, gratia* II, 1, 8. IV, 19, 1. VIII, 11, 1. *P.* 69. [I, 8, 13 legendum est "effectumque muneris nostri"]. Suet. Tit. 8. Iuven. 12, 10. Tac. Agr. 30. Quint. Decl. VI, 11. Dictum est h. v. de pravis animi motibus *P.* 79. Sen. Ep. 75.

allocutio *alloquium* II, 20, 8. Suet. Tib. 23. Quint. IX, 2, 37.

amaritudo per transl. I, 16, 5. IV, 11, 2. 20, 3. V, 8, 10. VI, 8, 8 "ne in bilem et amaritudinem vertat," 21, 5. VII, 33, 7. Val. Max. IV, 1, 4. Plin. mai. XXXVI, 5, 4. Quint. X, 1, 117. Iustin. XXXVIII, 5.

ambitus *studium gradum altiorem ascendendi, ambitio* III, 2, 4. Sen. Ep. 84. Quint. XII, 10, 3. Flor. I, 16.

*annotatio VII, 20, 1. Gell. praef.

*annotator = observator malignus et invidiosus *P.* 49.

annuum *id quod alimentorum causa alicui quotannis praebetur ad T* 40, 2. Suet. Tib. 50. Vesp. 18. Gramm. 3. 23. V. salarium.

aqua saliens II, 17, 25. Suet. Aug. 82 [Cic. ad Quint. Fratr. III, 1, 2 "salientes"]. Aqua *tempus clepsydra definitum* (Quint. XII, 6, 5), inde †aquam dare formula forensis = concedere causidico tempus ad agendam causam VI, 2, 7. Cf. Quint. XI, 3, 52 *aquam perdere.*

aquilex *aquarum indagator* (ut ait Colum. II, 2) *ad T* 46, 3. Sen. Quaest. Nat. III, 15. Plin. mai. XXVI, 6, 16.

*arcessitor *is qui vocat* V, 6, 45. Ab Ammian. XXIX, 1, 44 h. v. pro *accusator* usurpatur.

arena per transl. *locus in quo pugnatur aut quolibet exercendi genere luditur, officium* VI, 12, 2. Flor. IV, 2, 18. 7, 6. Lucan. VI, 63.

†areola *area parva* V, 6, 20. Ap. Colum. X, 362. XI, 2 de spatio quadrato in hortis obvio dictum est h. v.

assectator *discipulus* III, 11, 7. Plin. mai. VIII, 17, 21. XVIII, 28, 68. XX, 14, 57. XXIX, 1, 5. Gell. V, 10. Ap. Quint. I, 5, 8 al. leg. *affectator.*

assentatio *assensus* I, 8, 17. Vell. II, 128. Petr. Sat. 17.

assertio *vindicatio ad T* 72, 2. Quint. III, 6, 57. V, 2, 1. XI, 1, 78. Suet. Dom. 8.

asseveratio (ap. Cic. Att. XIII, 23 pro *affirmatio*) de acri pronunciatione *P.* 67. Quint. XI, 3, 2.

†audentia per transl. VIII, 4, 4. Propria significatione ap. Tac. Ann. XV, 53. Germ. 21. 24.

auditorium a) *locus in quem conveniunt ut quis audiatur* II, 3, 6. V, 3, 11. 17, 1. 5. VI, 2, 3. 17, 1. VII, 17, 3. 13. VIII, 12, 2. Quint. II, 11, 3. X, 1, 36. Suet. Tib. 11. Claud. 41. Rhet. 6. Tac. Dial. 9. 10. 39. b) *auditorum turba, concio* II, 18, 2. IV, 7, 2. Suet. Aug. 85. Claud. 42. Appul. Apol. p. 320, 33.

austeritas per transl. *nimia gravitas* II, 5, 5. Quint. II, 2, 5.

*avocamentum *solatium, levamentum, adiumentum, remissio* VIII, 5, 3. 21, 1. *P.* 82. (Arnob. et Appul. Apol. Plinium imitati sunt.)

calculus per transl. I, 2, 5 "album calculum adiicere alicui rei" = assentiri, 14, 9. II, 19, 9 "calculos ponere" (cf. Cic. Att. VIII, 12), V, 2, 1 "parem calculum ponere cum aliquo" = par pari referre et quasi parem rationem ascribere, *P.* 20.

calor *impetus, fervor et ardor animi* II, 19, 2. IV, 9, 11. *P.* 3. Quint. II, 15, 28. X, 3, 17. Stat. Theb. I, 3. II, 891. Achill. II, 26. Lucan. II, 324. Petr. Sat. 5.

castitas *morum integritas* III, 2, 2. Vitr. I, 1. Macrob. Sat. VII, 3. Gell. XV, 18.

*cavaedium *impluvium* II, 17, 5. Dixerunt Vitr. VI, 3 cava aedium, Varr. L. L. V, 33, 44 et Plin. mai. XIX, 1, 6 cavum aedium.

cenatio *locus in quo cenatur, triclinium* II, 17, 10 sqq. V, 6, 21. Plin. mai. XXXVI, 7, 12. Sen. Prov. 4. Consol. ad Helv. 9. Ep. 90. 95. Suet. Ner. 31. Petr. Sat. 77.

*cenatiuncula IV, 30, 2.

cervical VI, 16, 16. Suet. Ner. 6. Plin. mai. XX, 20, 82. Iuven. 6, 353. Martial. XIV, 146. Petr. Sat. 32.

circulator *homo circumforaneus* IV, 7, 6. Cels. V, 27. Sen. Benef. VI, 11. Ep. 29. Petr. Sat. 68. Appul. Met. 1. [Asin. Poll. ap. Cic. Fam. X, 32 "c. auctionum".]

civica pro *corona c. P.* 13. Sen. Clem. I, 26. Quint. VI, 3, 79.

clavus *tuberculum callosum in plantis humani pedis ex contusu plerumque nascens* III, 7, 2. Cels. V, 28. Plin. mai. saepe.

clementia *quietus status* V, 6, 5 "aestatis mira c." Col. V, 5 "c. hiemis" (cf. Tac. Ann. XII, 43 "modestia hiemis"), IX, 13 "c. diei", Lucan. VIII, 366 "c. coeli", Flor. III, 3. Appul. de deo Socr.

codicilli *scriptura qua quis ultimam suam voluntatem significat testamento legitimo non facto* II, 16, 1. 20, 5. VI, 31, 7. Tac. Ann. XV, 64. XVI, 17. Vulgari significatione pro *epistola, libellus cuiusvis generis* h. v. ap. Plin. extat III, 18, 4. VI, 16, 8. *ad T* 3, 2 atque *commendationes amicorum, litterae commendaticiae* notantur *P.* 70.

†collatio *munus Caesari honoris causa datum P.* 41 (cf. Gier. ad h. l.). Vulgari significatione pro *tributum* IV, 13, 7. Liv. V, 25. Suet. Cal. 42. Ner. 38. 44. Tit. 7. Tac. Germ. 29.

*columbulus IX, 25, 3 "tu passerculis et columbulis nostris inter aquilas vestras dabis pennas" ubi lusus Pliniani Catulli Passerem et Stellae Columbam imitantes designantur.

*commendator VI, 23, 5. Addit lex. Forc. Vopisc. Prob. 2. Nazar. Pan. Constant. 4. Symmach. Epp. I, 40.

commissio *scriptum ipsum quod in commissionibus edebatur, ἀγώνισμα P.* 54 (ubi a viris doctis disceptatum est utrum *commessationes* an *commissiones* essent intelligendae), Suet. Aug. 89. Cal. 53.

†compendium per transl. *P.* 95 "ad honores c. patent" = compendiaria malarum artium via ad honores perveniendi (Gier.), cf. Quint. I, 1, 24. 30.

comperendinatio *dilatio sententiae ferendae, postquam utraque pars, actor et reus, totam causam recitavit* (Forc.) V, 21, 1. VI, 2, 6. Sen. Ep. 97. Tac. Dial. 38. Ascon. in Cic. Verr. II, 1, 9. Gell. XIV, 2.

computatio III, 19, 3. *P.* 38. Sen. Ep. 84. Benef. VII, 10. Plin. mai. II, 9, 35. 108, 112. Quint. I, 10, 35. Front. Aquaed. 78.

†concentus *acclamatio publica, clamor theatralis P.* 2. 46.

concussio IV, 9, 11. Colum. IX, 14. Sen. Quaest. Nat. VI, 25.

conditorium *sepulcrum* VI, 10, 5. Suet. Aug. 18. Cal. 52. Quint. Decl. 8. Plin. mai. XXXVII, 2, 7. Petr. Sat. 111. 112. Apud Sen. Ep. 60. 82 conditivum extat.

confusio *animi perturbatio* I, 22, 12. *P.* 86. Tac. Hist. III, 38. Quint. XII, 5, 3. Vell. II, 124. Petr. Sat. 101.

congruentia II, 5, 11. "c. aequalitasque corporis", Suet. Oth. 2 "c. morum" = consensus. Cf. Vitr. I, 2 "linearum responsus", III, 1 "commensus proportionis", ib. "convenientissimus commensuum responsus" [idem "symmetriarum rationes" dixit].

consiliator *consiliarius* IV, 17, 6 "c. et rector", Phaedr. II, 6, 2. Appul. Met. 1. Avian. Fab. 26.

consortium per transl. pro *consortio, societas* (uno loco ap. Liv. IV, 5) *P.* 7. Cels. VII, 27. Tac. Ann. III, 34. IV, 3. XIV, 11. Quint. XII, 1, 4. Petr. Sat. 101.

consummatio *perfectio, absolutio* V, 12, 1. Sen. de brevit. vit. 1. Quint. II, 18, 2. VI, 1, 55. Colum. I Pr., IX, 2, 2.

convictus *convivium* VI, 31, 14. *P.* 49. Vell. II, 33. Tac. Ann. II, 28. VI, 9. XIII, 15. XIV, 4. Plin. mai. XIV, 14, 16. Cels. I, 1. Quint. VI, 3, 27 (ubi al. leg. "conviviis"), Iuven. 11, 4.

copiae *necessitates vitae* II, 17, 26. V, 2, 1. VI, 28, 1. Tac. Ann. I, 68. II, 60. XV, 16. Hist. II, 32. III, 15. IV, 22. 35. Germ. 30. Vell. II, 111. Iustin. XXXVIII, 10.

†coxa *os femoris quod coxae iungitur* (Hüftbein) II, 1, 5. Vulgari significatione ap. Cels. V, 26. VIII, 1. 10.

cucurbita I, 15, 2. Plin. mai. XIX, 5, 24. Colum. X, 234. XI, 3, 48.

culter *ferramentum tonsorium* VII, 27, 12. Plin. mai. VII, 59, 59. Petr. Sat. 108 (Cic. Off. II, 7 "c. tonsorius").

cupido *cupiditas pecuniae, avaritia* IX, 30, 4. Tac. Ann. XII, 57. Hist. I, 66.

cursor *tabellarius* VII, 12, 6. Martial. III, 100. Suet. Ner. 49. Plin. mai. II, 71, 73 [Nep. Milt. 4].

curulis pro *sella c. P.* 59. 61. 71. 77. Tac. Ann. I, 75. Hist. II, 59. Suet. Ner. 13. Flor. I, 5.

custodiae *rei vinculis detenti, vincti ad T* 30, 1. 31, 1. Suet. Tib. 61. Cal. 27. Ner. 31. Dom. 14. Sen. Ep. 5. 77. Cf. custodes ap. Cic. in Cat. IV, 4. Caes. Bell. Gall. VII, 27.

*declarator *P.* 92.

*decurionatus *ad T* 114 Trai. Cf. centurionatus ap. Tac. Ann. I, 44.

dedignatio *P.* 18. Quint. I, 2, 31.

delator *accusator occultus* II, 16, 3. IV, 9, 5. VI, 31, 3. *P.* 34. 35. 41. Quint. III, 10, 3. IX, 2, 74. Suet. Tib. 45. 61. Cal. 15. 30. Claud. 44. Ner. 10. Iuven. 4, 48. Tac. Ann. II, 50. IV, 30. VI, 40 et saepe, Mart. Spectac. I, 4.

delectus. Cum delectu II, 13, 8. Plin. mai. VII, 33, 54.

†descensio *locus balnei ubi in aquam descenditur* V, 6, 26. *Actus descendendi* signif. h. v. ap. Plin. mai. XX, 17, 69.

desiderium *postulatum, petitio* VI, 19, 3. *ad T* 34. 95. *P.* 79. Tac. Ann. I, 19. 26. Suet. Aug. 17. 53. 94. Tit. 8. Quint. I, 12, 7. IV, 2, 122. Plin. mai. X, 95. Dig.

†destinatio *designatio, electio P.* 77 (opp. *renunciatio*), 95. Cf. destinare.

devexitas III, 8, 3 "loci d.", Plin. mai. II, 65, 65 "d. aquae".

dignatio *reverentia P.* 47. 77. Suet. Cal. 24. Iustin. XXVIII, 4. Pro *dignitas* h. v. post Livium (II, 16. X, 7) omnes fere scriptores argent. lat., praecipue Suetonius et Tacitus, apud quem solum pluralis numerus huius vocis videtur extare, saepe usurparunt.

†disciplina *praecepta, edicta ad T* 82, 3 Trai. [Abest in lex. Forc. haec significatio.]

discursus per transl. I, 9, 7. VIII, 23, 5 (de ambitione candidatorum), Iuven. 1, 86. Quint. II, 12, 9.

diversitas I, 19, 1. 22, 3. V, 3, 1. VI, 27, 3. 33, 5. VII, 30, 5. VIII, 14, 12. IX, 7, 3. 11, 2. *P.* 2. 25. 35. 59. Quint. I, 12, 5. VII, 3, 12. IX, 3, 38. 4, 19. X, 1, 106. 2, 19. 5, 10. XI, 2, 44. 3, 87. Suet. Cal. 8. Plin. mai. VI, 26, 30. XX, 5, 19. Tac. Hist. I, 62. IV, 76. Germ. 15. Front. Aquaed. 24.

divisio *distributio* VI, 33, 8. Tac. Ann. I, 10. Iustin. XI, 13.

dominus de imperatoribus *ad T* 2, 1 et saepissime ap. Plin.; Suet. Dom. 13. Martial. V, 8. X, 72. Phaedr. II, 5, 14.

donativum a congiario ita fere differt ut alterum militibus alterum populo ab imperatore soleret tribui *P.* 25. 41. Suet. Cal. 46. Ner. 7. Galb. 16 sq. Dom. 2. Tac. Ann. XII, 69. XIV, 11. Hist. I, 18. 37 et saepe.

†dorsum *superficies aedificii* VI, 31, 17; *promontorium in lacum elatum* IX, 7, 4.

*duumviratus IV, 22, 1. Dig.

editio de emisso libro I, 2, 5. 8, 4. II, 10, 6. III, 15, 1. IX, 1, 3. Sen. Benef. IV, 28. Quint. V, 11, 40. XII, 10, 55.

editum V, 6, 29. *P.* 61 (Suet. Aug. 72) "in edito", V, 6, 24 "ex edito".

†egestio *effusio* VIII, 6, 7 "publicarum opum e." Apud Suet. Ner. 38. Claud. 44. Veget. V, 14 de rebus transportandis usurpatum h. v. est.

*electa de locis scriptorum qui non oscitanter legendi sunt (Excerpte), III, 5, 17.

emacitas III, 7, 7. Colum. IV, 3.

†emancipatio *fundorum alienatio cum translatione domini in alterum coniuncta ad T* 3, 3. Ap. Quint. XI, 1, 65. Gell. I, 12 h. v. eum actum significat, quo quis a potestate patria liberatur.

epistolae *epistola ad T* 5, 1. 15, 2. 17, 1. Tac. Ann. I, 30. II, 70. 78. III, 59. Hist. III, 63. Iustin. I, 6. XI, 12. XVII, 2. XX, 5. *Imperatorum rescripta* v. *iussa per epistolas edicta* hoc verbo significantur *ad T* 66. 71. Front. Aquaed. 105.

excessus *degressio* (ut Cic. de Orat. III, 53 dicit) v. *egressio*, *παρέκβασις* IX, 26, 9. Tac. Dial. 22. Plin. mai. I Pr., Quint. III, 9, 4. Cf. Plin. Epp. V, 6, 44 *in quod excessi.*

†excursio (Ausflug) I, 3, 2 "excursionibus crebris avocari."

excursus *degressio* V, 6, 43. Quint. IV, 3, 12. X, 5, 12.

exhortatio (quo verbo Plancius ap. Cic. Fam. X, 7, 1 usus est) pro *cohortatio* I, 14, 1. III, 7, 16. Tac. Hist. I, 36. Colum. XI, 1. Quint. I, 2, 25. V, 11, 10. X, 1, 47. XI, 3, 153. XII, 2, 6. 11, 25. Iustin. XXXVIII, 3.

†exortus transl. de initio imperii *P.* 8.

exsecutio de orationis tractatione VIII, 14, 6. Sen. Ep. 52. Controv. III Pr., Quint. V, 13, 27. Hoc verbum praeterea ap. Plin. mai. XXXV, 8, 34. Tac. Ann. III, 31. XV, 25 et de negotio vel opere peracto et de administratione provinciae dictum est.

facultas pro *facultas dicendi* I, 20, 8. II, 3, 1. Suet. Aug. 84. Galb. 3. Ael. Spart. Adrian. 20.

fas *ius* IX, 13, 3. Tac. Ann. I, 19. 42. II, 10. Hist. IV, 58.

felicitas III, 19, 6 "f. terrae" = fecunditas, Plin. mai. XVIII, 18, 47.

finis. †In fine pro *ad extremum* II, 11, 19. V, 14, 7. IX, 13, 23. 28, 4 "i. f. epistolae" = in extrema epistola, *P.* 57. 72. 94.

firmator *ad T* 38. Tac. Ann. II, 46.

fiscus *pecunia et patrimonium imperatoris P.* 36. 41. 42. Suet. Aug. 40. 101. Claud. 28. Ner. 32. Dom. 12. Tac. Ann. I, 37. Sen. Benef. VII, 6. Iuven. 4, 54.

†forma *ichnographia, delineatio* IX, 39, 5 "formam scribere" = ideam delineare (Gesn.) Inde *deformare* i. q. delineare ap. Vitr. I, 1.

formator per transl. VIII, 23, 2 "f. morum," Quint. X, 2, 20. Colum. I Pr., Pallad. I, 1. Propria vi ap. Sen. Consol. ad Helv. 8.

†frenator per transl. *P.* 55 "infinitae potestatis domitor ac f. animus." Propria vi ap. Val. Fl. VI, 162. Stat. Theb. I, 27.

frigida pro *aqua f.* III, 5, 11. Suet. Claud. 40. Quint. V, 11, 31 ubi v. intpp., Cels. I, 5.

garrulitas transl. de hominibus IX, 10, 2. Quint. II, 4, 15. Plin. mai. XXIX, 1, 3. Martial. V, 52. [Propie de avibus dicta haec vox ap. Ovid. Met. V, 678. Plin. mai. X, 12, 14.]

†gestatio *locus arboribus densis opacus, per quem a servis valetudinis aut voluptatis causa gestabantur* I, 3, 1. II, 17, 13 sqq. V, 6, 17. IX, 7, 4. Propria significatione pro *motus* IX, 15, 3. Cels. II, 15. Sen. Ep. 55. Suet. Claud. 33. Vesp. 21.

†gestator *qui portat* IX, 33, 8. Ap. Martial. IV, 64, 19 eum significat qui curru aut lectica vehitur vel navi.

glebula transl. de aliis rebus *ad T* 16, 3. Vitr. VIII, 3. Scrib. Comp. 199. Proprie Col. I, 6, 23. Val. Max. V, 5.

gustatorium V, 6, 37. Petr. Sat. 34. Martial. XIV, 88 in lemm.

gustus *specimen* IV, 27, 5. Sen. Clem. I, 1. Ep. 11. 114. Petr. Sat. 22. Colum. XI, 1.

*haesitator *qui dubitat, cunctator* V, 11, 2.

hibernaculum *conclave in quo hieme versabantur* II, 17, 7. Vitr. I, 2. VII, 4.

*honorarium *pecunia quae a decurionibus pro honoribus impetratis infertur* (Gier.) *ad T* 114 Trai.

horreum non solum ad usum frugum condendarum, sed etiam ad alia adhibitum VIII, 18, 11 (horrea statuarum et imaginum intelliguntur), Sen. Ep. 45. Colum. XII, 50.

iactantia *iactatio, ostentatio* I, 8, 13. *P.* 38. Quint. I, 6, 20. 8, 18. IX, 2, 74. XII, 8, 3. 10, 40. Tac. Ann. II, 46. Agr. 25. Sidon. Epp. I, 11.

iaculatio III, 5, 2 (titulus libri a Plinio maiore conscripti: *de iaculatione equestri*), Plin. mai. VIII, 42, 65. Sen. Quaest. Nat. II, 12. Transl. ap. Quint. VI, 3, 43.

imperator quam vocem non solum ante nomen ipsum, ut lexica adhuc docuerunt, sed etiam post nomen collocari *Poppo* dissert. III. l. l. p. 506 exemplis Plinianis III, 5, 9. IV, 17, 8. 22, 4 allatis probavit, quibus subiungit Suet. Oth. 2. Plin. mai. V, 2, 20. 5, 38. XXXIV, 19, 55.

†imperium *imperii principium ad T* 104, *medicorum praeceptum P.* 22. Cf. imperare de medico usurpatum ap. Cels. VII, 20. Sen. Ira I, 16. Plin. mai. XXIV, 1, 1.

impietas *maiestatis crimen* VII, 33, 7. *P.* 33. Tac. Ann. VI, 47.

indago per transl. *P.* 35. Lucan. VI, 38. Tac. Ann. XIII, 42. Flor. III, 6. IV, 12. Arnob. IV, 151. [Cf. similiter Hirt. Bell. Gall. VIII, 18.]

indictio *tributum P.* 29. Ascon. in Cic. Verr. II, 2, 2. Dig.

*indignatiuncula VI, 17, 1.

indulgentia tempore Caesarum imperatori maxime attribui solebat, ut liberalitas gratia benignitas indicaretur *ad T* 3, 1. 7, 1. 12, 2. 95, 5. 107, 1. Etiam *munus aliquod imperatoris liberalitate in aliquem collatum* significat h. v. *ad T* 19, 3 ubi quaestura denotatur.

†inertia *otium, quies, studia in otio tractata* I, 6, 1.

infantia *aetas hominis qua nondum fari coepit* IV, 13, 9. Quint. Pr. 5. I, 1, 19 sqq. 2, 6. Tac. Ann. I, 4.

infirmitas pro *i. valetudinis* (ut Cic. Fam. VII, 1. Off. I, 33 dixit) *morbus* V, 19, 2. VI, 29, 6. VII, 21, 1. VIII, 16, 1. 19, 1. *ad T* 6. 1. Suet. Tib. 72. Tac. Dial. 23. Quint. II, 4, 6. Iustin. XI, 8, XXVI, 3. XXVIII, 3.

ingenium transl. de re ingeniose excogitata *P.* 25 "*munificentiae i.*," 49 "*exquisita ingenia cenarum*", Tac. Hist. III, 28.

*inhabitantes *incolae* VII, 27, 6. Appul. Met. 1.

iniuria *incommodum P.* 37. Eleganter h. v. nominibus rerum inanimarum additur III, 5, 4. *ad T* 73. *P.* 30. 38. Colum. XI, 3. Plin. mai. XIII, 24, 47. Suet. Aug. 14. Iustin. XXXXIII, 2.

†inquisitio *inquisitor ad T* 39, 2 Trai.

inspectatio *ad T* 57 Trai., Sen. Quaest. Nat. VI, 4.

†instantia *intentissimum studium, assiduitas, diligentia* III, 5, 18; *vis, vehementia* V, 8, 10. Appul. Met. 2. p. 144 Oud.

instructio *aedificatio ad T* 35. Vitr. V, 9.

intentio a) *cura, studium, diligentia* I, 3, 2. II, 10, 5. III, 5, 17. IV, 7, 3. *P.* 71. 78. Sen. Ep. 113 — quae significatio ap. Cic. Inv. II, 14. Tusc. II, 23. 27. IV, 2 ita invenitur, ut fere semper additum sit *animi* sive *cogitationum* —, b) *attentus animus* II, 5, 2. 19, 4. III, 9, 9. IV, 5, 2. IX, 13, 18. 18, 1. 26, 6. Quint. I, 1, 34. IV, 1, 38 et saepe.

interventus *interpositio auctoritatis aut fidei, auxilium ad T* 68. Suet. Caes. 18.

introitus de magistratu suscepto *ad T* 48, 5. 113, 3. Suet. Claud. 9.

inundatio *P.* 30. Suet. Aug. 28. 30. Oth. 8. Colum. III, 11. Plin. mai. V, 13, 14.

irreverentia VI, 2, 5 "i. studiorum periculorumque", Tac. Ann. III, 31. XIII, 26. Hist. III, 51.

†iuba transl. de ornamento orationis V, 8, 10.

iudicium IV, 15, 5 "*i. principis*" i. q. *honorifica p. opinio.* Pro *testamentum* positum h. v. est VII, 20, 7. 31, 5. *ad T* 95, 2. *P.* 50. Suet. Aug. 66. Quint. IX, 4, 2. Val. Max. VII, 7. Sen. Benef. IV, 11. Iustin. V, 11. XII, 15. XXVI, 3.

iugum *contentio, studium* III, 9, 8 "pari iugo niti" de patronis aequali studio pro causa laborantibus, Sen. Ep. 109.

laguncula I, 6, 3. II, 6, 2. Colum. XII, 38.

†latitudo transl. de copia dicendi, quam Cicero *amplitudinem* dixit, I, 10, 5. Cf. I, 20, 19 "oratio *lata* et magnifica et excelsa."

*laudicenus II, 14, 5.

libellus *delatio scripto proposita* V, 14, 6. VII, 24, 14 "*libellos dare*" (ut ap. Vell. II, 57. Flor. IV, 2), IX, 15, 1. *ad T* 85, 5 "*postulationum l.*", Iuven. 6, 243. Etiam pro *libellus supplex* I, 10, 9. Suet. Aug. 50. 53. Quint. VI, 5, 58 [Cic. Att. XVI, 16].

liber *rescriptum imperatoris* V, 14, 8; pro *oratio*, qua significatione Cic. Att. II, 1 h. v. usus est, multis locis extat I, 2, 1. II, 19, 7. III, 13, 1. 18, 4. V, 20, 2.

liberalitas *id quod per liberalitatem in alios confertur ad T* 66, 5. Tac. Hist. I, 20. Suet. Tib. 46. Claud. 29. Galb. 15. Hor. vit.

libramentum IV, 30, 10 "*l. aquae*" (Gefälle), Plin. mai. XXXI, 6, 31. Vitr. VIII, 7.

litigator *homo litigiosus P.* 36. 80. Tac. Ann. XIII, 42. Suet. Aug. 38. Cal. 39. Vesp. 10. Quint. X, 1, 34. XII, 8, 6 et saepe.

loquentia *loquacitas* Iul. Candidus in V, 20, 5 "aliud esse eloquentiam, aliud loquentiam ... Haec .. multis atque etiam impudentissimo cuique maxime contigit", Val. Prob. ap. Gell. I, 15. Cf. Sall. Cat. V, 4 ubi lectio dubia est.

†manceps de eo qui sibi imponi patiebatur negotium nummis laudatores et plausores conducendi (Gesn.) II, 14, 4. [Olim legebatur III, 19, 7 "*sunt ergo instruendi complures frugi mancipes*". quae lectio vulgata est. Henr. Keil vero lectionem a Gronovio e libris prolatam et Cortio Döringio aliis probatam recepit "*ergo instruendi eo pluris quod frugi mancipes*", sed *mancipiis* pro *mancipes* posuit.]

mandatum *edictum principis ad T* 111, 1. 112, 1. Front. Aquaed. 3. 109.

mannulus IV, 2, 3. Martial. XII, 24.

manus IX, 37, 4 "hoc numerosas manus poscit" i. e. multorum operam, Quint. Pr. 4. X, 1, 97.

†marmor *labrum marmoreum* V, 6, 24. 36. Cf. Quint. V, 11, 30.

†Marsi II, 15, 1 "*veteres M. tui*" = praedium in Marsis situm quod iam dudum habes.

†materia *causa, argumentum, locus* II, 5, 5. III, 13, 2. V, 13, 3. (Ap. Cic. Fam. III, 6, 7. V, 12, 3. Rosc. Am. 32, 89 h. v. quendam libri v. orationis apparatum significat.)

meatus VI, 16, 13 "m. animae" i. e. respiratio, Quint. VII, 10, 10 "m. spiritus," Plin. mai. XXVIII, 13, 55 "m. spirandi", Tac. Ann. XIV, 51 "impedito meatu spiritum finiebat."

†mensor *architectus qui dimensis omnibus aestimat materiam pariter atque operam aedificiorum* (Gier.) *ad T* 28, 5. 29, 3.

mensura *modus et ratio* VIII, 17, 6 "pro m. periculi," *ad T* 12, 2 "m. beneficii", Tac. Hist. I, 52. Mensuras agere *metiri ad T* 28, 5. Plin. mai. II, 1, 3. 4. Cf. *limitem agere* ap. Ovid. Ars am. III, 557. Tac. Germ. 29. Front. Strat. I, 3. V, 10.

*metula V, 6, 35.

militiae equestres pro *militiae gradus qui equestri ordini ascriptis dabantur* VII, 25, 2. Suet. Claud. 25.

†modestia de eo qui laudem honores praemia, licet dignus sit, verecunde recusat *P.* 5.

mora. Inter moras *interea* IX, 13, 20. Suet. Ner. 49. Oth. 11. Flor. III, 10. IV, 10.

mortalitas a) *genus humanum* IV, 24, 2. VI, 20, 17. *ad T* 10, 5. Quint. Decl. 8, 16. Plin. mai. II, 7, 5. VII, 40. Curt. VIII, 4. Arnob. IV, 152. b) *mortalis natura hominis, mors* (uno loco ap. Cic. Nat. Deor. I, 10) *ad T* 50, 5. Inde Tac. Ann. VI, 50 "*m. explere*" pro *mori*.

†motus *causa* III, 4, 9 "m. consilii".

†musculus transl. V, 8, 10 "hanc (historiam) saepius ossa musculi nervi, illam (orationem) tori quidam et quasi iubae decent."

narratiuncula VI, 33, 8. Quint. I, 9, 6.

natalis *origo* VII, 4, 3. Plurali numero h. v. ipsam nativitatem, condicionem

generis et originem familiae significat VI, 23, 3. VIII, 18, 8. *ad T* 3, 5. 7, 1. Plin. mai. VII, 12. Tac. Ann. XI, 21. Hist. I, 49. II, 86. Iuven. 8, 231. Suet. Aug. 5. Sen. Quaest. Nat. II, 32. Inde † *ad T* 73. 77 "*natalibus suis restitui*" dicebantur libertini homines, qui principis beneficio ad ingenuitatis statum reducebantur vel ut ait Suet. Aug. 74 "asserebantur in ingenuitatem."

necessitudo plur. num. pro *necessarii* VIII, 23, 7. Tac. Hist. III, 54. Suet. Tib. 11; pro *amici ad T* 19, 3. Suet. Aug. 17. Curt. VI, 10. Ammian. XV, 5.

nequitia qua voce apud praestantissimos scriptores libidinis luxuriaeque vitium circumscriptum est, apud posteriores scelus et improbitatem significat I, 5, 14. II, 20, 5. Sic etiam nequam pro *nefarius, scelestus* invenitur II, 20, 12. IV, 22, 6. Cf. Sen. Ira II, 8. Ep. 87.

nisus per transl. de labore et impetu ingenii VIII, 8, 3. Quint. I, 12, 10. VIII, 4, 9.

nota *genus* IX, 26, 9 "ex eadem n.", Cur. ap. Cic. Fam. VII, 29. Quint. VIII, 3, 32. Colum. IX, 15. Sen. Quaest. Nat. II, 2. Benef. III, 9. Sen. trag. Med. 906. Petr. Sat. 83.

notarius *scriptor velox* III, 5, 15. IX, 20, 2. 36, 2. Quint. VII, 2, 24. Martial. V, 31. XIV, 208. Sen. Apocol. [Suet. Caes. 55 eum *actuarium* vocat.]

numerus *militum enumeratio* quam alii *matriculam* dicunt, III, 8, 4 "in numeros referre", *ad T* 28, 2 "in numeros distribuere." Unde locutiones hae natae sunt: *in numeris manere* (Dig. XXIX, 1, 4), *in n. esse* (ib. 43), *desinere in n. esse* (ib. 38).

† nutatio transl. *P.* 5 "n. reipublicae". Propria vi Plin mai. I, 37, 49. Quint. XI, 3, 129.

obliquitas VIII, 20, 4. Plin. mai. II, 8, 6. 19, 17. III, 5, 6.

observator *P.* 40. Sen. Ep. 41.

† obsidio transl. de feris, quae frequentes circum agros in silvis latitant, unde in sata irruant (Gier.) *P.* 81.

*offendiculum *impedimentum* XI, 11, 1. Paul. Nol. carm. 27, 96.

officium a) *honos* I, 5, 11. 9, 2. *P.* 76. Iuven. 2, 134. Suet. Cal. 25. Claud. 2. 26. Ner. 28; b) *magistratus P.* 91 ubi de praefectura aerarii agitur (cf. Suet. Aug. 37. Tib. 42. Vesp. 21); c) † *locus iudicii* I, 5, 11 "in praetoris officio".

† oppidum *urbs patria* VI, 8, 2. VII, 22, 2.

ordinatio a) *distributio, ordo* XI, 28, 4. *ad T* 24, 6. Vell. II, 124. Colum. IV, 29. Suet. Aug. 31. b) *administratio, gubernatio provinciae* VIII, 24, 8. c) *celebratio P.* 72 "o. comitiorum", d) *leges principum ad ordinandam rem publicam pertinentes ad T* 66, 6. 10 Trai.

† passerculus IX, 25, 3. V. columbulus.

patientia *nimia tolerantia* s. *stupiditas* VI, 31, 5 quo loco eius est qui iusto lentius flagitia uxoris fert; Porcius Latro ap. Sen. Controv. II, 15. Tac. Ann. VI, 46. De humili animo etiam indigna perferentis *P.* 22 dicta est haec vox.

persuasio *opinio firma P.* 18. Suet. Caes. 88. Tib. 69. Vit. 7. Quint. I, 1, 8. II, 4, 16 et saepe, Plin. mai. XXV, 2, 3. XXX, 13, 39.

† pertica quae dicitur decempeda, pro *mensura* VIII, 2, 8.

pignus transl. pro *parentes, fratres, uxores, cognati* positum I, 12, 3. *P.* 37. 39. Quint. VI, 1, 24. Tac. Ann. XII, 2. XV, 36. XVI, 26. Germ. 7. Agr. 38, qua vi poëtae hac voce *filios* et *nepotes* significantes videntur praeiisse.

piscina *κολυμβήθρα* II, 17, 11. V, 6, 23 sq. Sen. Ep. 86. Suet. Ner. 27. Martial. III, 44.

poenitentia (vox a Liv. XXXI, 32 usu recepta) I, 24, 4. VII, 1, 3. 10, 3 "agere poenitentiam poenitentiae suae", IX, 21, 1. *ad T* 97, 2 (= defectio a fide Christiana), Val. Max. III, 4. VII, 2. Curt. VIII, 6, 23. X, 7, 12. Haud raro h. v. apud scriptores argent. lat. invenitur, ut ap. Quint. IX, 2, 60. XII, 5, 3. Sen. Quaest. Nat. II Pr., Plin. mai. X, 23, 33. XVII, 12, 19.

portio *pars* V, 1, 2. VII, 11, 6. Cels. IV, 24. V, 18. Iuven. 9, 127. Quint. VI, 1, 26. X, 7, 28. XI, 3, 139 et saepe ap. Plin. mai. et Iustin.

positio *natura, situs ad T* 59. Tac. Agr. 11. Sen. Consol. ad Helv. 6. Quaest. Nat. I, 16. Colum. III, 4. Plin. mai. XXXVI, 13, 19. XXXVII, 13, 77. Quint. III, 7, 26. 21, 9. Gell. XIV, 1. Locos Taciteos v. ap. Böttich. lex. Tac. p. 364.

possessor *is unde petitur* VI, 2, 2. Quint. VII, 1, 38. Dig.

postulatio *oratorum patronorumque in re forensi actio* V, 14, 1. 20, 6. VII, 6, 4. 33, 4. *ad T* 85, 5. Suet. Claud. 7. Quint. XI, 3, 150. Cf. Coel. ap. Cic. Fam. VIII, 6.

†praeceptio *ius ipsum quod praecipiendo acquiritur,* Vorausempfangsrecht V, 7, 1. Dig.

†praecursio quae vox in re militari invenitur, VI, 13, 6.

praefatio *oratio ante opus praemissa* I, 13, 2. II, 3, 1. IV, 11, 2. 14. 14, 8. V, 13, 3. *ad T* 114 (qui locus desperatus ne Orellii quidem opera *praestatio* coniicientis sanatus est), Quint. VII, 1, 11. VIII, 3, 31. XI, 1, 67. Martial. III, 18.

*praelusio VI, 13, 6. Marc. Emp. 20.

†praepositus in quodam SCons. VIII, 6, 13 "p. rerum curae Caesaris" i. q. procurator C.

†praesumptio *usus praematurus* IV, 15, 11. IX, 3, 1 "bonae mansuraeque famae praesumptione perfrui". Scriptores Plinio suppares h. v. variis significationibus instruxerunt.

pretia *res ob quas facere aliquid operae pretium est, causae* I, 12, 4 "p. vivendi", Plin. mai. XXII, 6. Tac. Germ. 31 "p. nascendi", Ann. VI, 29 "p. festinandi" (Abest haec significatio verbi in lex. Forc.)

primipilaris (centurio) *ad T* 19, 1. Suet. Tib. 37. Cal. 21. 35. 38. Quint. VI, 3, 92. V. Böttich. lex. Tac. p. 374.

principatus a) *imperium ad T* 2, 2. *P.* 53. 56. 57. Plin. mai. VII, 8, 6. XXXIII, 11, 52. Tac. Agr. 3. b) *imperator P.* 36.

privilegium *lex in favorem et commodum alicuius lata, ius praecipuum* (ut ait Cic. Manil. 19, 58), *immunitas, beneficium principis ad T* 56, 1. 57, 2. 110, 1. Trai., Sen. Benef. III, 11. Suet. Caes. 28. Aug. 45. 93.

probatio *demonstratio, argumentum* II, 11, 18. III, 9, 19. IV, 9, 15. VI, 31, 5. VII, 6, 10. Quint. V, 10, 8. Plin. mai. II, 2, 2. Iustin. XXXII, 2.

procuratio *munus procuratoris* VII, 25, 2. 31, 3. Suet. Caes. 79. Ner. 35. Quint. VII, 4, 35.

procurator a) *qui rei aut privatae aut publicae imperatoris nomine praeerat P.* 36. Tac. Ann. XI, 35. Suet. Vit. 2. Dom. 17. Sen. Ep. 14. b) *qui ab imperatore in provincias mittebatur, ut ipsa tributa exigeret eaque curaret quae ad fiscum pertinebant* VI, 31, 8. Suet. Galb. 12 et saepe ap. Tac.

p r o f e s s o r de eo *qui publice artem liberalem aliquam docet* absolute dictum IV 11, 2. Quint. I, 9, 3. II, 15, 36. X, 5, 18. Suet. Tib. 11. Gramm. 4. 9. Rhet. 1.

p r o f u s i o II, 4, 4. Suet. Ner. 30. Cels. II, 7. VII, 21. Vitr. X Pr. Cf. p r o d i g e n t i a ap. Tac. Ann. VI, 14. XIII, 1. XV, 37.

p r o p o s i t u m *institutum vivendi* V, 14, 10. *P.* 45. 62. 84. 91. Vell. II, 2. Sen. Ep. 68. Iuven. 5, 1. 9, 21. 10, 325. Phaedr. III prol. 15. Notabilis est deinde locutio Pliniana p r o p o s i t u m h a b e r e IX, 19, 7 i. q. *consilium habere*, qua significatione optimi scriptores hac voce usi sunt.

p r o p r i e t a s transl. VII, 9, 2 "p. splendorque verborum". Cf. Quint. VIII, 2, 1.

p r o v e n t u s transl. pro *copia, abundantia* I, 13, 1. Plin. mai. VIII, 55, 61. X, 65, 85. XI, 11, 10. Quint. XII, 10, 11. Sen. Tranq. 7. Lucan. II, 60. Iustin. XIII, 1, 12.

p r o v i n c i a *administratio provinciae* III, 9, 17. Tac. Ann. XIII, 52.

p u d o r *fama, existimatio* II, 4, 2. 9, 1. III, 10, 4. V, 1, 6. Flor. III, 1, 10. 20, 12.

p u g i l l a r e s I, 6, 1. 22, 11. III, 5, 15. VI, 5, 6. VII, 9, 16. 27, 7. IX, 6, 1. 36, 6. Suet. Aug. 39. Ner. 52. Sen. Ep. 15. 108. Plin. mai. XIII, 11, 21. XVI, 16, 27. P u g i l l a r i a ap. Catull. 42, 4.

p u n c t u m *punctionis signum, stigma P.* 35. Plin. mai. X, 52, 74. XXXVII, 8, 34.

p u t e u s *balneum frigidum* V, 6, 25. Sen. Ep. 86. Cels. I, 4. Auson. Mosell. 341. (Haec signif. abest in lex. Forc.)

q u a n t i t a s *copia, multitudo ad T* 63. *P.* 39. Plin. mai. XVII, 24, 37. XXXIV, 10, 22. Quint. VII, 4, 3 sqq. Vitr. I, 2. Appul. Apol.

q u i r i t a t u s *clamor, vociferatio* VI, 20, 14. Val. Max. VI, 2. IX, 2.

r a t i o c o n s t a t formula a Plinio saepe usitata proprie de acceptis et expensis quae bene conveniunt, tum per translationem de eis dicitur, quae causis nituntur iustis, quae recte fiunt nec quidquam habent quod improbetur (Gier.), I, 5, 16. 9, 1. II, 4, 4. III, 18, 10. VII, 6, 4. XI, 2, 5. *ad T* 20, 3. *P.* 38. Tac. Ann. I, 6. Iustin. Pr. 5.

r e c i t a t i o *actus poëtae vel oratoris in amicorum coetu aut publice scripta sua legentis* I, 13, 2. III, 7, 5. 15, 3. 18, 4. V, 17, 4. VII, 17, 3. Tac. Dial. 9. 10. Suet. Claud. 41.

r e c t o r *paedagogus* I, 12, 12. III, 3, 4. VI, 12, 2. Suet. Aug. 48. Tib. 12. Tac. Ann. I, 24. III, 48. XIII, 2. Iustin. XXXVIII, 1.

†r e d u c t o r transl. VIII, 12, 1 "litterarum iam senescentium r. ac reformator." Propria significatione ap. Livium solum (II, 33) legitur h. v.

r e f e c t i o transl. pro *recreatio, restitutio P.* 15. 81. Quint. X, 3, 26. Cels. III, 15. IV, 6. Plin. mai. XXIII, 4, 40. XXXVII, 5, 16.

*r e f o r m a t o r VIII, 12, 1. V. r e d u c t o r.

†r e g i o *patria* II, 1, 8. VII, 22, 2 (Tac. Ann. XV, 55 "*patria regio*").

r e l e g a t i o *exilium per Augustum mitigatum, quo nec iura civium nec opes amittebantur* II, 11, 20. Extat haec vox propria significatione usitata ap. Cic. Rosc. Am. 15, 44. Liv. III, 10.

†r e m i s s i o transl. *intermissio* IV, 9, 11; *diminutio* v. *condonatio* VIII, 2, 6. XI, 37, 2. *ad T* 24, 5.

*r e n u t u s quam vocem propter oppositum *nutus* Plinius videtur novasse, I, 7, 2 "nutu ac renutu".

repercussus II, 17, 17. *ad T* 69, 4. Flor. III, 3. Plin. mai. V, 5, 5. 9, 10. XXXVII, 2, 8. Tac. Germ. 3. Sen. Quaest. Nat. I, 7. Pallad. II, 15.

reputatio *consideratio P.* 70. Tac. Ann. XIV, 31. Hist. II, 38. Plin. mai. VII, 46, 47. X, 38, 54. XVIII, 1, 1. XXV, 3, 7. Gell. XII, 5.

rescriptum *scriptum quo imperatores consulentibus se respondebant ad T* 2. 108 "libellus rescripti" i. q. *r. ipsum*, Tac. Ann. VI, 9. Dig.

†**retinaculum** transl. I, 12, 8 "r. vitae", Appul. Met. 11. Auson. Epp. VIII, 1.

reverentia IV, 17, 6 *reverentiam alicui habere* (Cic. Off. I, 28 *reverentiam adhibere adversus aliquem* dixerat), cf. *r. alicui praestare* VIII, 5, 1. *ad T* 11, 1. Quint XI, 3, 133. Passive dictum *P.* 95 "*ego reverentiae vestrae sic semper inserviam*" i. e. *r. vestri* vel si Forcellianam interpretationen sequimur "*vobis qui reverentia digni estis.*"

†**rusticitas** in bonam partem dictum pro *simplicitas morum remota a temporum recentiorum luxuria* I, 14, 4. Cf. Plin. mai. XXXV, 4, 9.

saeculum a) †*tempus imperii principis* IV, 11, 6. *ad T* 1, 2. 20, 2. 34, 2 "*saeculi tui nitor*" i. q. imperium tuum cultu et magnificentia in splendidis aedificiis excitandis memorabile (Gier.), 46, 3. 98, 2. *P.* 18. 30. 40. 46. b) *tempus quo quis vivit* (quod Cicero *hoc saeculum* dixit), V, 17, 6. VII, 33, 9. *P.* 93. [Ter. Ad. III, 2, 6. Prop. I, 16, 12.] Tac. Hist. II, 37. Germ. 19. Agr. 3. 44. Dial. 12 al.

salarium IV, 12, 2. Plin. mai. XXXI, 7, 41. XXXIV, 3, 6. Iuven. 3, 132. Suet. Tib. 46. Ner. 10. Tac. Agr. 42. V. **annuum**.

scalptor I, 10, 4. III, 10, 6. Vell. I, 17, 4. Plin. mai. XX, 13, 51. XXXVI, 6, 5. XXXVII, 4, 15.

secretum a) *locus remotus, secessus* (qua signif. etiam poëtae, ut Virg. Aen. VI, 10. Ovid. Met. I, 594. Her. 21, 21. Hor. Sat. II, 1, 71 h. v. usi sunt) II, 17, 22. III, 1, 6. IX, 33, 10. *P.* 48. Tac. Ann. IV, 57. XIV, 53. Hist. I, 10. III, 63. Agr. 39. Germ. 41. Suet. Tib. 42. Quint. I, 2, 18. 4, 5. X, 3, 30. 7, 16. Decl. 8, 17. Phaedr. III, 10, 11. IV, 25, 6. Lucan. III, 314. b) *res occulta, arcanum* I, 12, 7. IV, 17, 5. *P.* 68. Sen. Ep. 8. Quint. XI, 1, 30. XII, 9, 5. Tac. Ann. III, 18. Hist. I, 17. Agr. 25. Suet. Aug. 66. Petr. Sat. 21. c) "*s. petere*" i. q. *secreto colloquendi copiam p.* I, 5, 11. *P.* 53. Suet. Tib. 25. Cal. 23. Claud. 10. Tac. Hist. II, 4.

***servatio** *actus observandi, observantia ad T* 121, 1.

***sesquihora** IV, 9, 9.

sidus *coeli temperamentum P.* 15. 29. Iuven. 12, 103. E consuetudine poëtarum (Ovid. Met. IV, 424. V, 281. Virg. Aen. XII, 451) Plinius *P.* 12 h. v. pro *tempestas, aëris constitutio* usus est.

†**singultus** (aquae) IV, 30, 6 = *motus interrupti et sonantes.*

***sinisteritas** *imperitia morum, rusticitas* VI, 17, 3. IX, 5, 2.

socculus de comoedorum socco IX, 7, 3. Quint. X, 2, 22. De ipso socco parvo ap. Sen. Benef. II, 12. Suet. Vit. 2. Plin. mai. IX, 33, 56 h. v. legitur.

***socialitas** *P.* 49.

†**species** apud ICtos *casus ad T* 64, 4. 97, 4. Dig.

†**spectator** in malam partem dictum *P.* 49.

specularia II, 17, 4. 21. Sen. Ep. 86, 90. Prov. 4. Quaest. Nat. IV, 13. Iuven. 4, 21. Colum. XI, 3. Plin. mai. XIX, 5, 23. Martial. VIII, 14.

spoliarium *P.* 36. Sen. Controv. V, 33. Prov. 3. Ep. 93.

†**sportula** *munus parvum, quaevis largitio* II, 14, 4. *ad T* 118. Dig.

stabulum *deversorium* VI, 19, 4. Suet. Vit. 7. Martial. VI, 94. Petr. Sat. 6. 8. 16. 79. 97. Appul. Met. 1. Spart. Sev. 1.

statio *locus publicus quem homines otiosi horis subsicivis colloquendi causa adibant, λέσχη,* I, 13, 2. II, 9, 5. Suet. Ner. 37. Iuven. 11, 4. Gell. XIII, 13. Dig. Extat *P.* 7 "stationem capessere" de imperio dictum pro "officium v. munus obire."

stilus *dicendi forma et genus,* qua significatione h. v. Plinii demum temporibus, non a Quintiliano, usu receptum videtur, I, 8, 5. III, 18, 10. VII, 9, 7. Tac. Dial. 39. Suet. Aug. 85. Tib. 70. Macrob. Sat. V, 1. Gell. III, 3.

†**studia** *s. eloquentiae* VI, 2, 5; *ars dicendi* VII, 31, 5.

sublimitas transl. de sublimi dicendi genere I, 10, 5. 16, 4. IV, 20, 3. Quint. I, 8, 5. VIII, 3, 3. 6, 11. X, 1, 27.

†**subterraneum** IV, 11, 9 (ubi *cubiculum* delendum est), Appul. Met. 11 p. 260.

successio de eo qui in alterius locum substituitur I, 12, 4. *ad T* 24, 1. 103, 1. Tac. Ann. IV, 12. Germ. 32. Suet. Tib. 15. 25. 55. Cal. 12. Oth. 4. Plin. mai. XII, 14, 30. Iustin. III, 3. IX, 2. Flor. IV, 2 et saepe.

successorem accipere *imperium alicui ante tempus abrogare aut removere aliquem magistratu* IX, 13, 23. Suet. Aug. 88. Dom. 1. Cf. "*succesorem alicui dare, mittere*" ap. Spart. Hadr. IX, 11. Lampr. Alex. Sev. 32.

sulcus *aratio* V, 6, 10. Colum. II, 9. 12. Plin. mai. XVIII, 20, 49.

summa. †**In summa** Plinius a Ciceronis consuetudine abhorrens ita usurpat, ut sit *quid multa? ne multa, ne multis,* atque inprimis in extrema epistola ponere solet, ut quasi summam totius epistolae confici pateat, I, 12, 12. 14, 6. 15, 4. 22, 6. II, 11, 25. III, 4, 8. V, 1, 3. 6, 42. VI, 6, 9. 8, 8. 21, 7. 33, 11. VIII, 4, 8. 8, 7. 18, 2. IX, 21, 1. Ea significatione apud Ciceronem aliquot locis *ad summam* extare mihi videtur.

temperamentum quae vox semel ap. Cic. Leg. III, 10, 24 legitur, Plinii demum aetate ad formandas quasdam locutiones adhibita est, I, 7, 3 "*t. tenere,*" III, 1, 6. VI, 29, 6 "*t. servare,*" *P.* 3. 10. 79.

tirunculus III, 6, 4. Suet. Ner. 21. Sen. Ep. 108. Colum. XI, 1. Iuven. 11, 143.

titulus a) *inscriptio sepulcri* VI, 10, 3. IX, 19, 3 "tituli supremi", Iuven. 6, 230; b) *propositio exhibenda* V, 6, 42; c) *dignitas, laus* VII, 23, 3. *P.* 21. Stat. Silv. II, 7, 62.

tormentum transl. de cruciatu acri quem morbus gignit, I, 12, 5. Plin. mai. XIX, 8, 44. XX, 4, 13. XXII, 22, 37. Cels. VII, 11. Colum. VI, 7.

†**Tusci** *praedium Plinii in Tuscis situm* IV, 1, 3. 6, 1. V, 6, 1 sqq. 18, 2. IX, 15, 1. 36, 1. 40, 1.

tussicula V, 19, 6. Cels. III, 22. Front. Epp. I, 2.

†**tutela** de eius condicione cuius patrocinium quis suscipit *ad T* 69. 103 "t. generis humani" i. e. imperium Traiani.

†**unctorium** II, 17, 11.

†**ungentarium** *pecunia a provincialibus quasi pro unguentis exacta* II, 11, 23.

velocitas de orationis celeritate dictum I, 20, 18. Quint. IX, 4, 83. X, 1, 102. 7, 8.

venia †V, 6, 46 "*venia sit dicto.*"

verenda *τὰ αἰδοῖα* III, 14, 2. Plin. mai. XXVIII, 15, 60. XXXII, 9, 34. XXXVI, 21, 42. Veg. Vet. I, 7 "partes verendae". Cf. velanda corporis ap. Plin. Epp. VI, 24, 3.

vestis in plurali numero V, 16, 7. Tac. Ann. III, 53. Germ. 27. 40. Dial. 26. Curt. III, 7. 34. V, 2. 9. Suet. Tib. 36. Gramm. 23. Quint. XI, 4, 4. XI, 1, 31. 3, 174.

vilitas IX, 3, 2 "*v. sui*" de eo qui contemptu dignum se putat, Sen. Clem. I, 4. Ep. 121. Curt. V, 9, 7.

viridia V, 6, 17 sqq. 18, 1. Vitr. V, 9. VI, 6. Sen. Ep. 86. Phaedr. II, 5, 14. Colum. VIII, 15.

vivacitas *vitae diuturnitas* III, 7, 13. Colum. XI, 3. Val. Max. VIII, 13. Plin. mai. VIII, 27, 41. Appul. de mundo p. 58. Sed ap. Quint. VI Pr. 3 h. v. *vivendi cupidinea* significare puto, quam ob rem cum interpretatione Bonnelliana dissentio. [1])

[1]) Hoc loco quasi praeteriens ea substantiva enumero quae a compluribus prioris temporis scriptoribus ficta Plinius in usum suum convertit. Sunt autem PLAUTI potio = medicamentum quod bibitur VII, 1, 4 (Plin. mai. XX, 13, 51. Cels. III, 7. IV, 8. Quint. VII, 2, 17. 25. 3, 7. IX, 2, 105); CATONIS librator de eo qui aquae libram explorat *ad T* 50, 3. 51, 1; VARRONIS gentilitas = gentiles *P.* 39. index = litterarum allatarum liber (ut ait Cic. Verr. II, 3, 71) III, 5, 2; LIVII, qui quoniam orationem inflexit quasi quendam transitum ad argent. latinitatis rationem mihi videtur parare, afflatus = ventus V, 6, 29. auctus = incrementum IV, 30, 2. conventio = pactum V, 1, 2. desuetudo VII, 4, 5. hosticum *P.* 29. malignitas transl. ad animum V, 7, 5. IX, 5, 2. *ad T* 95, 2.

II. Adiectiva.

Abruptus a) *praeruptus, praeceps* VIII, 4, 2 "montium abrupta", IX, 39, 5 "abruptissimae rupes", b) transl. IX, 26, 2. Tac. Ann. IV, 20. Hist. I, 48. III, 63. Quint. IV, 2, 45. IX, 4, 62. X, 2, 19. XII, 10, 80.

accinctus a) *expeditus, paratus P.* 30. Stat. Silv. IV, 4, 48. b) †*parcus, moderatus P.* 20. Auson. grat. act. 27.

adductus de vi orationis *brevis* I, 16, 4. Aliis locis h. v. significat *severus* Tac. Ann. XII, 7. XIV, 4. Quint. X, 3, 13. Suet. Tib. 68.

†adrasus II, 12, 1 "*λειτούργιον circumcisum et. a.*" i. q. *quodam modo ad finem perductum* (imago haec videtur ducta esse a statuariis opera sua radendo polientibus et conficientibus.)

affectatus de putida ac perversa imitatione eorum quae assequi non possumus *P.* 20. Quint. IX, 3, 54. XI, 1, 30. 3, 10.

alius *alter* II, 13, 4. Suet. Tib. 7. Curt. IX, 8.

altus *sublimis* I, 10, 8 "altissimae conditiones" i. e. quales proficiscuntur a summis hominibus, conditiones opulentae, pingues, IV, 30, 2 "a. eruditio", V, 16, 8 "altiora studia", IX, 33, 1 "ingenium altissimum". Hac significatione extat h. v. apud solos aequales Plinii, ut ap. Quint. I, 4, 6. II, 13, 15. VIII, 3, 2. X, 3, 22. Tac. Ann. XVI, 29. Curt. X, 9. [Poëtarum (Virg. Aen. VI, 522. VIII, 27. X, 63. Hor. Sat. II, 1, 8) usum imitatus Plinius haud raro hanc vocem usurpavit: II, 1, 4. VI, 16, 13. IX, 3, 1. *P.* 47.]

anxius cum *pro* praepositione coniunctum IV, 21, 5. Similiter Tac. Hist. IV, 58. Agr. 86 securus pro. Adiect. *anxius* ceteri scriptores cum *de* praepositione coniunxerunt, ut Quint. V, 10, 75. XI, 1, 50. Suet. Cal. 19. Curt. III, 2.

applicitus *adiunctus, adhaerens* II, 17, 23. Quint. II, 4, 30. IV, 2, 117. Colum. IV, 22. Iustin. XI, 15. Petr. Sat. 91.

arcessitus I, 12, 2 "*a. mors*", quae a Cicerone (Fin. III, 18, 61) *mors voluntaria*, a Tacito (Ann. I, 5. III, 50) *mors quaesita, sumpta* vocatur. Neque vero h. v. *arcessitus* translata vi instructum Cicero Suetonius Quintilianus spreverunt.

auspicatus *faustus, felix, boni ominis ad T* 28, 2. Vell. II, 79. Iustin. IV, 5. XVIII, 5. Plin. mai. XIII, 22, 38. Tac. Germ. 11. Quint. X, 1, 85.

*bellatorius VII, 9, 7. Ammian. XXIII, 5.

caldarius V, 6, 26 *caldaria* (cella), ubi aqua calida lavant. Dixerunt caldarium et calidarium Sen. Ep. 86. Vitr. V, 10. VIII, 2. Cels. I, 4.

*castigatorius *ad castigandum pertinens* V, 16, 10. Sidon. Epp. IV, 1.

circumactus *circum versus, conversus* II, 17, 4 "porticus in D litterae similitudinem c.", VI, 16, 12, IX, 33, 52. Plin. mai. IX, 33, 52. XI, 37, 55. XV, 14, 15. XVI, 34, 621.

circumcisus per transl. I, 20, 4 "*orationes c.*" i. q. *breves, concisae*, II, 21, 1. III, 7, 11. Quint. IV, 2, 42. VIII, 5, 27.

†circumscriptus *pressus, in angustum redactus* I, 16, 4 (dictum de orationis vi).

commodus *convalescens* III, 16, 4 "vivere filium atque etiam commodiorem esse", Quint. VI, 3, 77 "commodioris valetudinis factus," Cels. VIII, 1 "capitis valetudo commodior".

compactus transl. de corpore cuius statura brevior quidem est sed membra bene sunt composita et inter se optime colligata quodam modo et connexa VII, 24, 1. Suet. Vesp. 20. Colum. VI, 1. 37. Pallad. IV, 11. XI, 2.

confessus *ad T* 85, 6 "*in confessum venire*" i. q. *comprobari.* Haec locutio formata est ut *in dubium, in controversiam, in disceptationem venire.* Ceterum cf. ap. Quint. V, 14, 28 *ad liquidum confessumque perducunt omnia,* Sen. Ep. 76. Quint. III, 5, 3 *ex confesso,* Sen. Benef. III, 11. Plin. mai. XXXV, 8, 34. Tac. Dial. 25. 27 *in confesso esse.*

consummatus de hominibus *ad summum gradum provectus, perfectus, absolutus* II, 7, 6 "consummatissimum iuvenem" i. e. iuvenem ingenio praestanti et eruditione perfecta ornatum, Quint. I, 9, 3. 10, 5. II, 19, 1. V, 10, 119. X, 1, 122.

contentiosus *litigiosus* II, 19, 5 "oratio pugnax et c.", Quint. Decl. V, 1 "c. mendicitas" i. e. *pertinax*, Appul. Met. 8. Dig.

curatus *accuratus, diligens* IX, 13, 10. Tac. Ann. I, 13. II, 17. XIV, 21. XVI, 22. Quint. XI, 3, 26.

derasus VIII, 20, 5. Cels. V, 26. Plin. mai. XX, 2, 6. XXIX, 6, 34. XXXII, 7, 24. Martial. XIII, 33.

destitutus absol. *expers consilii auxiliique* IV, 11, 5 sc. a testibus ad convincendam Corneliam, VI, 29, 1 *causae d.* i. e. quas alii patroni suscipere aut gravantur aut verentur, Suet. Ner. 32. Galb. 11. Cf. destitui ap. Suet. Ner. 40.

detersus *P.* 50. Sil. IV, 12. Petr. Sat. 22. 135. Claud. VI Cons. Hon. 539.

dimidius fere ab optimis scriptoribus excepto Nep. Eum. 9, 1 tantummodo cum *pars*, a posterioribus cum aliis nominibus coniunctum (cf. quae de ea re disputavit Gell. III, 14), VI, 2, 5. Plin. mai. II, 59, 60. Martial. II, 37. Iuven. 8, 4. 13, 95. 15, 5. 57.

dispensatus III, 10, 3. *P.* 35. Sen. Benef. I, 10. Stat. Silv. V, 2, 74. Front. Aquaed. 9.

districtus de rebus *ad T* 25 "*d. officium*", Flor. IV, 12. Val. Max. II, 9.

dormitorius II, 17, 9. V, 6, 21. Dormitorium subst. ap. Plin. mai. XXX, 6, 17.

duriusculus I, 16, 5 "*d. versus*", Plin. mai. Pr. 2 "*d. Catullus*".

effectus II, 3, 3 "*syllogismi e*". = diligenter elaborati, arte perfecti, cf. VIII, 4, 7. Quint. V, 13, 34. VIII, 3, 88. X, 5, 23. XII, 10, 45. Sen. Ep. 108.

enervis *debilitatus, effeminatus, enervatus P.* 33. Quint. IX, 4, 142. Tac. Dial. 18. Sen. Thyest. 176. Petr. post. 119, 25. Appul. Apol. p. 322, 1.

†enodis *difficultatum expers* V, 17, 2 "*elegi e*"., (verbum, quod ap. Virg. Georg. II, 78 "*e. trunci*" extat, a Plinio significatione amplificata translatum).

enormis transl. *immensus, immodicus* IX, 22, 6. Petr. Sat. 2. Sen. ap. Gell. XII, 2.

†erasus *cuius nomen e publicis tabulis erasum est P.* 25. Propria significatione h. v. usi sunt Prop. IV, 8, 26. Plin. mai. XVII, 21, 35. Sen. Thyest. 519.

exactus de hominibus *perfectus, diligens* VIII, 23, 5. Martial. IV, 87.

exercitus *laboriosus, gravis* VII, 2, 2. *P.* 86. 91. Tac. Ann. I, 17. 35. Suet. Tib. 6.

expositus a) *comis, facilis, omnibus obvius* I, 10, 2 cf. III, 3, 6 "dicendi facultas aperta et e." i. q. facilis intellectu, Quint. II, 5, 19. Stat. Silv. V, 3, 246. b) *abiectus ac derelictus ad T* 72. Suet. Cal. 5. Iuven. 7, 54.

†exsectus transl. II, 12, 3 "*e. et exemptum honoribus senatoriis*".

extemporalis I, 20, 10 "*figurae e*"., Quint. II, 4, 15. 27. IV, 1, 54. X, 6, 1 sq. 7, 13 sq. XI, 2, 3. Tac. Dial. 6. Suet. Aug. 84. Martial. V, 54. Petr. Sat. 6.

extortus VIII, 18, 9 "e. membris", Sen. Ep. 66. Iuven. 8, 33.

famosus quae vox apud Ciceronem eiusque aequales vim fero vocis *infamis* acceperat, post Horatium A. P. 469 apud posteriores scriptores significat eum *qui clarus est, fama aliqua floret* II, 11, 1. VI, 23, 1. XI, 13, 11. Tac. Hist. I, 10. III, 38. V, 2. Flor. III, 7, 6. Suet. Cal. 19. Gell. VII, 3. Appul. Met. 11 p. 267, 1.

fatalis I, 12, 1 "luctuosissimum genus mortis quae non ex natura nec fatalis videtur." Sic ap. Vell. II, 6. 49 "*fatalis mors*" est ea quae fato et secundum naturam venit neque a voluntate hominum profecta est. Cf. Suet. Ner. 49 "*f. hora.*"

favorabilis a) *act.* de eo qui favorem affert V, 14, 3. Vell. II, 34, 2 (a quo primo haec vox usurpata videtur esse), Tac. Ann. II, 36. XII, 6. Dial. 7), b) *pass.* de eo qui favorem habet, *gratiosus* IV, 9, 18. 22. Quint. V, 10, 113. X, 5, 21. XI, 1, 42. XII, 10, 74. Sen. Ira III, 2. Clem. I, 10. Tac. Hist. II, 97. Suet. Cal. 4. Ner. 57. Flor. IV, 4, 4. Eutrop. VIII, 23. X, 6.

†frenatus transl. *P.* 66 "frenatam tot malis linguam resolvimus." *

frigidarius II, 17, 11. V, 6, 25 sq. Vitr. V, 10. Pallad. I, 40. 41. Petr. Sat. 73.

fugitivus cum genetivo coniunctum IX, 28, 4. Val. Max. II, 7, 12. Plin. mai. XVIII, 16, 41. Flor. III, 1, 12.

gemmeus *in modum gemmae splendens* I, 3, 1 "Euripus viridis et g.," V, 6, 11 "prata florida et g." i. e. *gemmis distincta* (ut ipse Cic. Verr. II, 4, 17 *pocula* dicit), Martial. X, 3, 10. Phaedr. III, 18, 3.

gracilis transl. VIII, 15, 1. IX, 20, 2. Plin. mai. XVII, 22, 35. Colum. II, 4. Appul. Met. 9. Apol. p. 287. [Ut poëtae (Ovid. Pont. II, 5, 26. Virg. Cul. 1) ita Quint. XII, 10, 66 et Plin. Epp. II, 3, 1 h. v. de orationis sublimitate usurparunt.]

gradatus *in modum graduum factus* V, 6, 17 "g. buxus", Plin. mai. XIII, 4, 7.

*haesitabundus I, 5, 13.

†hamatus transl. IX, 30, 2 "munera h." i. q. munera ad alia elicienda missa, cf. Martial. VI, 63 "munera misit in hamo". V. viscatus.

illaudatus *laude carens* IX, 26, 4. Stat. Theb. IX, 10. Sil. XIV, 632. Claud. in Ruf. II, 225. [Pro *abominandus* semel ap. Virg. Georg. III, 5 cf. Gell. II, 6.]

illicitus V, 14, 9. *ad T* 54. 94. Tac. Ann. XII, 5. XIII, 51. XV, 37. Lucan. VI, 454. Val. Fl. I, 97. 627. Stat. Theb. I, 223. X, 470. Cf. inconcessus ap. Quint. X, 2, 26.

illunis VI, 20, 14. Sil. XV, 619. Ap. Appul. Met. 3 p. 278 *illunus.*

*imperspicuus I, 20, 17 "i. ingenia iudicum".

†improvidus *non provisus* IV, 22, 5 "i. tela".

inaffectatus *P.* 67. Quint. VIII, 3, 87. IX, 4, 17. X, 1, 82. XI, 1, 93.

†inamoenus transl. IX, 10, 3.

*inascensus *P.* 65 "i. illum superbiae principum locum terere".

inauditus *non auditus* IV, 11, 6. VI, 2, 8 "causa i." = c. ante non cognita, Suet. Claud. 38. Galb. 14. Vit. 14. Tac. Ann. II, 77. Iustin. XXII, 2. Sen. Med. 199.

incomprehensibilis transl. I, 20, 6 "in disputando i. et lubricus" i. e. quem refutare non possis, Quint. IX, 1, 12. Sen. Consol. ad Helv. 11. Ep. 94. Cels. praeff. I, X, Solin. 20.

inconcussus transl. *P.* 82. 94. Tac. Ann. II, 43. Hist. II, 6. Sen. Ira III, 25. de vit. beat. 3. Ep. 45. 67. Stat. Silv. V, 1, 142.

*incongruens IV, 9, 19. Gell. XII, 5.

incuriosus cum genetivo coniunctum pro *negligens, socors* VIII, 20, 1. Tac. Ann. II, 88. IV, 32. XV, 31. Hist. I, 49. III, 56. Agr. 1. Gell. VI, 5. Cum *in* praepositione coniunct. extat h. v. ap. Suet. Aug. 79.

incustoditus *improvidus, incautus* VI, 29, 10. Tac. Ann. XV, 50.

*indeflexus *P.* 4 "i. maturitas," Appul. de deo Socr. p. 120 Oud.

*inductus *ascitus, aliunde arcessitus* III, 18, 10. IV, 3, 5. V, 6, 44.

inevitabilis *P.* 42. Sen. Quaest. Nat. II, 50. Tac. Ann. I, 74. Hist. IV, 24. Curt. IV, 6.

infidelis transl. de rebus *P.* 45 "i. recti magister est metus" i. e. *non diuturnus magister officii* (ut Cic. Phil. II, 56 dixit), Plin. mai. XXXVI, 22, 49 "silex ad structuram i."

inflexibilis transl. *ad T* 97, 3. Sen. Ep. 95.

infructuosus *vanus, frustra factus* VIII, 23, 6 "i. preces," Tac. Ann. I, 17. Hist. I, 51. Dial. 9. Sen. Controv. III, 19. Ap. Colum. XI, 2 "i. cultura," id. Arbor. 8 "i. vites".

ingenitus *P.* 20. Suet. Ner. 1. Sen. Ep. 11. Plin. mai. XXVII, 13, 119. Colum. III, 7. Auct. Pan. in Pis. 92.

innutritus *per ipsam educationem alicui rei assuefactus* IX, 33, 6 *mari, P.* 16 *bellicis laudibus,* Vell. II, 94. Sen. Consol. ad Polyb. 21. Suet. Aug. 3.

insalubris *bonae valetudini noxius* IV, 2, 6. V, 6, 1. Plin. mai. XVIII, 15, 6. XXIII, 1, 22. Colum. I, 4. Quint. III, 2, 3. Gell. I, 4. Pro *inutilis* ap. Plin. mai. XVII, 2, 2.

†insiticius transl. *aliunde ascitus* IV, 3, 5. Alia potestate hanc vocem ornavit Varr. R. R. I, 2. II, 8.

intectus *non tectus ad T* 100. Tac. Ann. II, 59. Hist. V, 22. Germ. 17. Appul. Met. 10.

integer. Ex integro *de integro* III, 9, 35. VII, 9, 6. Quint. X, 1, 20. 3, 6. 18. XI, 3, 156. Suet. Aug. 16. 34. Colum. IX, 13.

[*interaestuans *per intervalla aestuans* VI, 16, 19; at cum H. Keil "aestuans" recte legere mihi videatur, h. v. e lexicis tollendum esse censeo.]

*inturbatus *P.* 64 "sedit inturbatus, interritus".

irreverens cum genetivo coniunctum VIII, 21, 3 "i. operis", c. dativo ap. Spart. Carac. 2.

*iuvenior quam comparativi formam paulo rariorem praeter Plinium Epp. IV, 8, 5 solus Appul. Met. 8 adhibuisse mihi videtur.

†laboriosus *multis calamitatibus molestiisque vexatus* IV, 9, 1. VI, 13, 1. *P.* 86. 91. Auct. Priap. 62. Cf. ceterum Cic. Mil. 2. Phil. XI, 4.

liber *solutus aere alieno* III, 9, 13. Liberum est mihi c. inf. = mihi licet, possum I, 8, 3. *P.* 24. Plin. mai. XXX, 2, 6. Quint. IV, 2, 67. VI, 3, 112. Memorabilis etiam haec Pliniana locutio: *libera* (pro *integra*) *omnia sibi servare* I, 5, 15.

marcidus *languens, infirmus, viribus destitutus P.* 63. Tac. Ann. VI, 4. Sen. Med. 69. Stat. Theb. IV, 652. Val. Max. VII, 7. Appul. Met. 3.

medicatus *ad medendum aptus* VIII, 20, 4. Sen. Quaest. Nat. III, 25. Plin. mai. XXVIII, 7, 23. 9, 33.

*monstrabilis *conspicuus, illustris* VI, 21, 3. Sidon. Epp. III, 7.

nequam v. nequitia.

notabilis *infamis* III, 11, 2. IX, 13, 10. Quint. I, 3, 1. IX, 4, 33. 101. Tac. Hist. III, 25.

†nudus de oratione IV, 14, 4 "*n. verba*" = v. aperta, facilia ad intelligendum.

numerosus II, 14, 6. III, 9, 11. 22 "*n. causa*" i. e. quae multis partibus continetur,

multiplex, IV, 15, 4. VI, 33, 3. IX, 37, 4. *ad T* 48, 4 "*n. gymnasium*" i. e. varias partes ad varias exercitationes idoneas complectens, pluribus membris instructum, *P.* 28. 39. Tac. Agr. 17. Val. Fl. V, 40. Colum. VI, 29. X, 6. Quint. II, 12, 3. V, 10, 10. VI, 3, 36. XI, 2, 27. Martial. III, 31. IV, 1. Plin. mai. saepissime.

obnoxius *rebus adversis expositus*, ita ut de hominibus dicatur, III, 14, 5. Tac. Ann. II, 75. III, 58. XIV, 40. Hist. III, 55. Sen. Ira II, 23. Colum. IV, 19. Plin. mai. XVII, 24, 37. Suet. Tib. 54. 63. Dom. 12. Flor. III, 20.

†obseptus transl. *P.* 66 "obsepta diutina servitute ora reseramus".

obvius *comis, affabilis* de hominibus I, 10, 2; de rebus I, 8, 17. Tac. Ann. II, 2. IV, 33. XIII, 43. XVI, 2. Quint. VIII, 4, 23. IX, 3, 5. XII, 2, 2. Gell. V, 1.

†octogenarius *octoginta annos natus* VI, 33, 2. Extat praeterea h. v. de mensura dictum ap. Vitr. VIII, 7. Front. Aquaed. 58 "o. fistula".

ominosus *qui est mali ominis* III, 14, 6. Messalla ap. Gell. XIII, 14.

onerosus v. onerare.

†orarius *ad T* 26, 1 "orariis navibus", 28, 2 "in orarias naviculas".

otiosus *supervacaneus, inutilis, inanis* IX, 6, 4. Quint. I, 1, 35. 12, 18. II, 5, 7. 10, 8. VIII, 2, 19. 3, 89. Tac. Dial. 22. † *Ad T* 62 "*o. pecunia*" i. e. ea qua nihil acquiritur (opp. *occupatus*), Dig.

paganus transl. VII, 25, 6 "cultu pagano". Vim substantivi h. v. habet pro eo *qui non militat ad T* 18, 2 "milites et p." Tac. Hist. I, 53. II, 14. III, 24. Suet. Aug. 27. Galb. 19. Iuven. 16, 33. Veget. II, 23.

par. Notabilis haec locutio est "*paria facere*" pro *aequare*, proprie de rationibus dicta (ap. Colum. I, 8. XI, 1), transl. de mutuo officio VII, 19, 10. *P.* 6. 81. Sen. Benef. II, 30. III, 9. Ira III, 25. Ep. 81. 91. 101. Plin. mai. II, 86, 88. XXXVII, 1, 2. Quint. Decl. 6, 6. 9, 17. 12, 24. Sic etiam "*parem facere rationem*" ap. Sen. Ep. 19.

†pauci *nonnulli* II, 6, 2. IV, 22, 4. Pauca pro *nonnulla* ap. Quint. VI, 5, 6. VIII, 5, 2. XII, 9, 1.

†peracerbus transl. VI, 5, 6 "Mihi quidem illud etiam peracerbum fuit quod..."

*percopiosus IX, 31, 1 "In quibus quidem percopiosus fuisti".

*perdecorus III, 9, 28 "est alioqui perdecorum, a me tamen non ideo fiet".

†praeceps de loco edito et praerupto ad orationem magnificam elatamque translatum IX, 26, 2 "*accedere ad praeceps*" (in modum substant. positum).

*praecursorius IV, 13, 2. Ammian. XV, 1. XXXI, 3. Cassiod. Var. III, 51.

praefinitus VI, 34, 3. Suet. Galb. 14. Quint. XI, 5, 32. Gell. I, 25.

praesens III, 9, 27 *in rem praesentem perducere* quae locutio e more forensi ducta est, Sen. Ep. 30. 66. Quint. IV, 2, 123. VI, 1, 31; — *excurrere ad T* 24, 3.

principalis ad imperatoris personam relatum VIII, 6, 7. *P.* 36. 50. 76. 79. 82. Vell. II, 50. 56. 124. 127. Tac. Hist. I, 13. 22. II, 59. 81. IV, 40. Suet. Cal. 39. Claud. 17. Plin. mai. XIII, 3, 4.

privatus tempore Caesarum is dicebatur, qui quamquam magistratum quendam gerebat familiae principis non ascriptus erat II, 1, 2. V, 3, 5 *exempla p.* pro *e. privatorum, P.* 7. 9. 10. 60. 84. Tac. Ann. II, 31. Hist. I, 4. Agr. 39. Suet. Aug. 28. Ner. 21.

*prominulus V, 6, 15 *in porticum latam et prominulam*, quam lectionem, quamquam in Med. reperitur pro lectione vulg. "pro modo longam" Gesnero probata, Keil reiecit, ego vero restitutam velim, et quia nullam causam esse arbitor, cur a lectione Med. recedamus, et, quod gravius esse puto, hanc vocem *prominulus* a Plinio novatam complures posterioris temporis scriptores usurpasse video, ut Solin. 27. Capitol. Pert. 12. Capell. III, 58.

promiscuus *omnibus patens, vulgaris ad T* 97, 7. Tac. Ann. XIV, 4. XV, 32. Germ. 5.

pullatus *qui est infimae plebis* VII, 17, 9. Quint. II, 12, 10. VI, 4, 6. Suet. Aug. 40. 44.

pumicatus *mollis, effeminatus* II, 11, 23. Martial. I, 67. V, 41. Sidon Epp. I, 7. VIII, 3.

†quietus *ab ambitione remotus* VIII, 3, 1. *ad T* 7.

†rectus transl. de oratore submisso aut subtili quatenus vitiis caret (Gier.) IX, 26, 1 — tum de eo qui sana intelligendi et iudicandi facultate ornatus est II, 19, 6. IV, 7, 3.

†redundans *cibo vinove gravis P* 63.

remissus *laxatus, vinculis solutus* VII, 1, 4. Petr. Sat. 89. Scrib. Comp. 99.

†restrictus *angustus, definitus* IX, 19, 6.

reverens *qui veretur et observat* VI, 17, 5. VIII, 21, 5. *ad T* 18, 1. *P.* 69. Tac. Hist. I, 17. Germ. 34. Suet. Cal. 26. Flor. IV, 12.

Romanus de lingua sermone similibus pro *Latinus* II, 10, 2. Quint. X, 1, 85 ubi v. Herbstium hoc adiect. identidem ap. Quint. legi docentem, Laurea Tullius ap. Plin. mai. XXXI, 2, 3.

sacerdotalis VII, 24, 6 "ludi s." = l. editi a sacerdotibus qui munus suum adibant, Macrob. Sat. III, 5.

scrupulosus *molestus, difficilis* III, 5, 7 "multa in his (voluminibus) scrupulosa," Quint. IX, 1, 75 "s. disputatio," Val. Max. I, 1. Plin. mai. XVIII, 33, 76. Front. Aquaed. 64. Appul. Met. 9 p. 230. de deo Socr. p. 43. Gell. praef. 13. Auson. Grat. act. 24.

sedentarius *P.* 76 "s. necessitas assentiendi," Colum. XII, 3. Appul. Met. 1. Iam Plautus Aul. III, 5, 39 *sutores sedentarios* dixit.

†seductus *qui ruri in otio vivit* VII, 25, 5. Cf. Hor. Epp. I, 1, 5 *abditus.*

†sepositus *a rei publicae negotiis remotus P.* 57.

†sequax transl. *P.* 45. Pacat. Pan. Theod. 15.

stigmosus *stigmate compunctus* M. Regulus in I, 5, 2. Petr. Sat. 109.

*subductus *remotus* II, 17, 10. Mart. Cap. VI, 192.

suspensus absol. pro *incertus* III, 17, 3. VI, 4, 3. *P.* 68. Quint. X, 7, 22. Inde *ad T* 40 "*in suspenso relinquere*". H. v. cum *pro* praepos. ap. Plin. Epp. VIII, 5, 3.

tersus transl. pro *purus, elegans* II, 3, 1. VII, 25, 4. IX, 22, 2. Quint. X, 1, 93. 94. XII, 10, 20. 50. Stat. Silv. II Pr.

testaceus *e. testa i. e. fictili cocto factus ad T* 46, 2. 48, 4. Vitr. II, 8. VII, 4. Colum. I, 6.

tubulatus *tubulis instructus* II, 17, 9 "transitus suspensus et t.," Plin. mai. IX, 36, 61 "t. rostrum" = r. cavatum ad effigiem tubuli.

umbraticus *umbratilis* IX, 2, 3 "u. litterae" quae domi exercendi causa aut in scholis exarabantur, Sen. Controv. Pr. III, IX, Petr. Sat. 2. Gell. III, 1.

universalis *ad T* 71, 2. Quint. II, 13, 14. III, 5, 5. 12. VIII, 5, 3.

viscatus transl. IX, 30, 2 "munera v." quibus maiora captantur quam quae data sunt, Sen. Ep. 8 "v. beneficia." V. hamatus.

voluptuosus III, 19, 2. Quint. Decl. 260. Sidon. Epp. II, 9. IV, 11.[2])

[2]) LIVII sunt alius super alium VII, 8, 1. *ad T.* 89. *P.* 14. frequens sententia = multis approbata II, 11, 6. inhabilis VIII, 1, 2. oblisus VI, 20, 16. praefloratus *P.* 58. retractus = remotus II, 17, 6. vetustus = natu grandis VIII, 14, 6. *ad T* 41, 2. *P.* 15 (Tac. Ann. II, 2. 43. XI, 25. 32. Hist. I, 23); VARRONIS autem (ap. Non. IV, 438) mustens = novus, recens VIII, 21, 6; NEPOTIS temporarius VI, 13, 5. VIII, 14, 3. *P.* 91.

III. Verba.

accedere cum dativo coniunctum pro *assentiri* I, 20, 25. IV, 10, 3. 11, 3. VIII, 14, 24. *ad T* 49, 1. Vell. I, 8. Quint. I, 5, 37. II, 15, 29. III, 4, 16. IV, 2, 83 et saepe.

acclamare *voce assentiri, plaudere* IV, 9, 18. V, 14, 3. Tac. Ann. I, 44. Hist. I, 78. Suet. Aug. 70. Tib. 52. Claud. 7. 27. Dom. 13. Eutrop. VIII, 5. Lampr. Al. Sev. 7. 9.

†acquiescere cum dativo coniunctum IV, 21, 4. V, 16, 11. VI, 7, 2.

†addubitare vi praepositionis quae apparet Cic. Or. 40. Fam. VII, 32. Off. III, 4. Liv. VIII, 10 prorsus omissa II, 19, 1. *ad T* 119, 1 "vehementer a."

adhibere *invitare ad recitationes audiendas* I, 5, 4. II, 19, 9. IV, 7, 2. VI, 15, 4. Similiter Curt. V, 4. Suet. Vit. 11.

adornare transl. *praestantiam rei verbis augere* (ut ait Cic. Off. II, 20) I, 8, 15. IV, 27, 5. V, 6, 35. Quint. VII, 1, 47. Cf. Liv. XXVIII, 42.

†**advocare** *rogare amicos ut nobiscum deliberent de lite* V, 8, 11 ubi Plinius morem petendi dilationem iudicii deque spatio consultandi cum amicis significat.

†**aestimare** *iudicare, decernere ad T* 78 Trai.

affigere transl. II, 3, 9. Quint. I, 1, 25. II, 7, 3. X, 1, 19. XI, 2, 18 sq. Sen. Ep. 11.

agere IX, 31, 2 "a. gratias ob aliquid" = a. g. pro aliqua re. Addere libet Plinium amantissimum esse locutionis a scena petitae *agere aliquem;* ut I, 17, 1 "a. amicos" i. e. se gerere ut amicos decet, VIII, 14, 5. IX, 15, 3. *P.* 8. 15. 56. 76. 85. 93. Sed a vulgari usu differt III, 16, 6 "*matrem agere*" i. e. se gerere tanquam adhuc filius vivat. Cf. Tac. Ann. I, 4. XIII, 4. XVI, 28. Hist. I, 30. IV, 2. Val. Max. II, 2, 4. Suet. Tib. 26. Claud. 29.

allegare *proferre, in medium proferre* III, 4, 4. 15, 1. *ad T* 66, 3. *P.* 70 (bis), Quint. III, 8, 46. IV, 1, 13. Decl. 7. 11. Tac. Hist. IV, 84. Suet. Aug. 5. 47. Stat. Ach. II, 224.

alligare *ligare* IV, 1, 2. Tac. Germ. 24. Plin. mai. IX, 38, 62. XXXII, 6, 22. Iustin. XV, 3. Martial. XII, 91.

annatare IX, 33, 6. Plin. mai. VII, 25, 38. IX, 29, 46. Sil. X, 610.

†**anniti** VI, 18, 1 "quod ego .. annitar" i. e. perficere conabor.

annotare a) = *observare, explicare, explanare* III, 16, 1. VII, 20, 6. *P.* 56. Quint. I, 14, 7. V, 11, 32. XI, 3, 179. Plin. mai. VII, 48, 49. 53. XXXIV, 6, 11. Suet. Ner. 41. b) *verbum criticorum signis appositis vel vitiosos locos improbantium vel egregios laudantium* I, 8, 3. II, 11, 6 ("annotatumque est experimentis, *quod* favor et misericordia .. habent" pro infinitivo cum quarto casu, ut veterum dicendi consuetudo postulat), III, 5, 10. 13, 5. V, 13, 2. VII, 12, 3. 17, 7. 20, 1. 29, 2. VIII, 6, 1. IX, 26, 5. 13. *P.* 67. Quint. II, 5, 7. VIII, 2, 4. Colum. XII, 3, 4. Suet. Gramm. 24. c) *verbum eorum qui reorum nomina in tabellis aut in actis scribunt ad T* 97, 4. Suet. Cal. 27. Dig.

†**applicare** *iniungere ad T* 66, 4 "crimina alicui a." Dig.

asserere a) **se a re a.** = *se ab aliqua re liberare* II, 10, 4. III, 5, 4. (Flor. Suet. "asserere aliquem vel aliquid" dixerunt), b) a. **se studiis** = *se dedere studiis* I, 3, 3. Sen. Const. sap. 10. [Vulgari significatione pro *sibi arrogare* VI, 10, 4. IX, 19, 1. *P.* 12. Suet. Oth. 9. Cal. 22. Iustin. XXXXIV, 3.]

assidere transl. a) III, 5, 19 "*a. litteris*" = operam dare l., *P.* 81 "*gubernaculis*", Tac. Ann. I, 75. Sen. Ep. 72. b) *obsidere P.* 12 "qui sciant te assedisse ferocissimis populis" i. e. castris prope positis eos compressisse, Virg. Cir. 268.

assignare transl. *tradere, commendare* VI, 23, 2 "bonos iuvenes a. famae", Sen. Ep. 110.

assistere *patrocinandi causa in iudicio adesse* VI, 6, 6. VII, 6, 3. *ad T* 85, 1. 6. Quint. IX, 2, 76. Dig.

assumere *adhibere, quaerere* IV, 28, 3 "pictorem a." Hoc verbum a Plinio saepissime usurpatum est, ita ut variis significationibus ornetur: a) *adoptare filium* IV, 15, 3. 9. VIII, 18, 5. *P.* 7. 8. b) *eligere generum* III, 11, 7. c) *in matrimonium ducere P.* 83 (Tac. Ann. I, 8. XII, 2. Iustin. II, 4), d) *in consilium adhibere* III, 19, 1. IV, 22, 1. VII, 31, 4. *P.* 8 (Tac. Ann. XV, 54), *ad T* 95, 1 "in contubernium", *P.* 7 "in laborum curarumque consortium". Cf. Liv. II, 22. Hor. Epp. I, 5, 28. Sat. I, 6, 51.

astringi *refrigerari* V, 6, 25. Martial. I, 50. [Translate Plin. Epp. VII, 1, 7.]

astruere transl. *addere, iungere* III, 2, 5. IV, 17, 7. VIII, 6, 7. IX, 33, 11. *P.* 35. 38. 46. 62. 74. Vell. I, 17. 31. II, 55. Quint. VIII, 3, 64. Tac. Hist. I, 78. Agr. 44. Sil. IV, 8. Vulgari significatione de aedificio amplificando h. v. usurpatur ap. Plin. Epp. IX, 7, 4. Colum. I, 5.

attendere cum dativo coniunctum pro *animum attendere ad* I, 8, 3. VII, 26, 2. *P.* 65. Suet. Cal. 53. Ner. 56. Galb. 5. Sil. VIII, 591.

auspicari *incipere, ordiri* II, 14, 2. III, 5, 8 "non auspicandi causa" i. e. non ut boni ominis causa initium faceret, *P.* 1. Tac. Ann. IV, 36. Suet. Ner. 7. Colum. XI, 2, 98. H. v. scriptores arg. lat. etiam c. infinitivo coniunxerunt ut Suet. Ner. 22. Sen. Ep. 83.

avocare de rebus iucundis aut studiis quae animum a curis et sollicitudinibus abducunt I, 3, 2. 24, 3. IX, 2, 1. 36, 2. Sen. Ep. 56. Quint. VIII, 2, 23. X, 3, 23. XI, 3, 25.

calciare III, 16, 8. Phaedr. I, 14, 16. Suet. Vesp. 23. Plin. mai. saepe. Cf. Cic. Coel. 26, 62 "non satis commode calciati et vestiti".

censeri aliqua re *ob rem aliquam aestimari P.* 15. Sen. Ep. 76. Suet. Gramm. 10. Val. Max. V, 3. VIII, 7. Martial. I, 62. IX, 17. Plin. mai. XXXVI, 5, 4.

circumagere transl. IV, 24, 6. Plin. mai. XXVI, 3, 7. Suet. Caes. 70. Sen. Ep. 8. Flor. II, 2.

circumferre transl. pro *vulgare, disseminare* II, 5, 12. III, 16, 13. "Praedicatione meritum, amicitiam c." III, 11, 1. VI, 8, 2 cf. VII, 31, 5. Colum. VIII, 16. [Ceterum Ovid. Met. VI, 169. XV, 673 imitatus Plinius h. v. usurpavit I, 12, 8. VI, 15, 8. IX, 11, 1. *P.* 7.]

circumscribere transl. VIII, 18, 4 "*testamentum c.*" i. e. veram sententiam testamenti callido commento eludere, Front. Aquaed. 112. Dig.

cohaerere de coniunctione animorum VII, 7, 1. Quint. VIII, 3, 75. Curt. VI, 3, 8.

colligere *sublevare, tollere* II, 1, 5 "librum elapsum," Martial. VII, 33. XII, 83. Quint. Decl. 372.

†componere V, 1, 7 absol. pro *c. litem, P.* 13 "arma c." i. e. *aequalia arma distribuere,* id quod erat centurionum.

confiteri sequente accusativo cum inf. pro *iudicare, prodere, ostendere* III, 14, 3. Quint. I, 6, 15. IV, 2, 122. Pallad. I, 3. VII, 6.

†confodere transl. IX, 26, 13 "scripta notis" i. e. damnare et delenda esse censere, corrigendo delere [hoc genus dicendi ab obelo ductum est, quem appingebant locis qui culpandi videbantur (Forc.)], Isid. I, 20 "ut quasi sagitta iugulet supervacanea atque falsa confodiat."

consulere aliquid *interrogare* VIII, 23, 4. Suet. Aug. 98. Petr. Sat. 88. †Consulere in publicum *sententiam suam ad senatum referre* IX, 13, 21; boni vel aequi consulere *in meliorem et aequiorem partem accipere* aut, ut Quint. I, 6, 32 interpretatus est, *bonum iudicare* VII, 12, 3. Sen. Ep. 9. Plin. mai. XXXIII Pr., Colum. de cult. hort. Pr., Appul. Met. 8, quae locutio praeeunte Ovidio Pont. III, 8, 23 a scriptoribus argent. lat. usurpata videtur.

continere aliquid *contineri aliqua re* (ut *P.* 95) V, 9, 1 "(litterae tuae) partim laeta partim tristia continebant", IX, 28, 5 "tertia epistola continebat esse tibi redditam orationem", Quint. XI, 1, 59 "quando ipsos loqui deceat, quartus liber continet."

†contingere a re grata et utili ad homines transl. *P.* 14. 24.

convulnerare quod verbum Auct. Bell. Afr. compluribus locis usurpavit, apud arg. lat. demum scriptores extat: *P.* 35. Sen. Tranq. 11. Colum. IV, 24. Plin. mai. VIII, 36, 54. Curt. V, 13. Iustin. II, 6. Transl. ap. Sen. Const. sap. 17.

†credere *colligere, argumentum ducere* VI, 8, 8. VII, 31, 5. *ad T* 2, 2.

custodire *sequi, observare, tenere* I, 20, 2. III, 16, 11. 20, 3. IV, 10, 3. V, 7, 5. VIII, 9, 2. IX, 5, 3. *ad T* 110. 116. *P.* 65. Suet. Aug. 88. Quint. I, 7, 1. VIII, 3, 73. 5, 7. 6, 49. XI, 1, 66. Plin. mai. XXXV, 2. Colum. I, 8. IV, 29. XI, 1. XII, 4. Pro *ratum habere* Plin. Epp. VIII, 16, 1.

damnare *in metalla, ad metalla, ad bestias, in opus* (metalli), *in ludum* (venatorium v. gladiatorium), II, 11, 8. *ad T* 40, 2. 41, 1. 66, 3. Suet. Cal. 27. Claud. 14. Ner. 31. Plin. mai. X, 40.

dare absol. pro *sententiam d.* VII, 6, 9 "quae (quaestio) secundum reos dedit" i. e. pro reis pronuntiata est, Suet. Claud. 15. Tac. Ann. IV, 43. Sen. Controv. III Pr., cf. Cic. Rosc. Com. 1 "lis datur secundum eum."

dedicare *dicare, consecrare, publici iuris facere* I, 8, 2. V, 12, 1. *ad T* 117, 1. Suet. Aug. 43. Ner. 31. Tit. 7. Vit. 13. Plin. mai. XXXV, 2.

deferre *nomen d., accusare* V, 20, 1. VI, 3, 5. *ad T* 97, 2. Quint. IV, 1, 22. 2, 98. XI, 1, 79. XII, 7, 3. Tac. Ann. IV, 42. VI, 19. XIII, 33. XIV, 41. 48 et saepe.

†**defervescere** transl. de novis versiculis IX, 16, 2 (imago a vino desumpta est).

deflectere *divertere* IV, 1, 3. VI, 20, 13. VII, 16, 3. 27, 10. Tac. Hist. II, 70. Suet. Aug. 93.

***defremere** IX, 13, 4 (ubi Med. scripturam *defremuisset* comprobo, Gier. *defervisset,* aliorum *deferbuisset* reiicio.), Sidon. Epp. I, 5. IV, 12. XII, 9.

†**demonstrare** a) *commendare* III, 3, 5. *P.* 62. b) *notum facere* VII, 33, 3. *ad T* 50, 1.

deponere de hominibus *curae alicuius custodiaeve mandare, committere ad T* 106. Quint. IX, 3, 62. 92.

†**desiderare ab aliquo** *postulare ad T* 66, 6. Dig. V. **desiderium**.

desidere *desidem esse, otiosam vitam agere* IX, 6, 3. Suet. Caes. 4.

destinare a) de filiabus *despondere* V, 16, 6. VI, 26, 1. Suet. Caes. 27. [Hor. Sat. II, 3, 217], b) de magistratibus *designare ad T* 83, 4. Suet. Caes. 1. Tib. 31. Cal. 12. Dom. 10. Tac. Ann. I, 3. V. **destinatio**.

destringere *defricare* III, 5, 14. Plin. mai. XXXIV, 8, 19. Quint. XII, 6, 2. Martial. XIV, 51; transl. † *P.* 37 "d. aliquid et abradere bonis" i. e. *demere.*

destruere transl. de homine *P.* 83. Tac. Ann. II, 63. Hist. I, 6. Quint. V, 7, 25 sq.

dictare *suggerere* II, 11, 22. Quint. I, 3, 16. II, 15, 6. III, 4, 11. VIII Pr. 26. Plin. mai. XXVI, 4, 9.

†**dimittere** de creditoribus *soluta pecunia iis debita d.* II, 4, 2. Dig.

†**dispicere** de situ loci V, 6, 23 (al. leg. *despicit*).

†**distringere** *fatigare P.* 94 "Non te distringimus votis."

ducere alicui exsequias III, 16, 4. Curt. X, 5. Plin. mai. VIII, 42, 64. Sil. XVI, 306.

eiurare I, 23, 3 "e. magistratum" = iurando se abdicare magistratu, Tac. Ann. XII, 4. Hist. III, 37. 68. IV, 39; absol. Ann. XIII, 14. Tum *deponere, reiicere aliquid* Tac. Hist. IV, 28. Sen. Consol. ad Marc. 19. Benef. VI, 4. Iustin. XII, 4. Stat. Ach. II, 188.

enotare *scribere* I, 6, 1; *notare, pingere* VI, 16, 10. Quint. I, 7, 27. Appul. Met. 9.

enotescere *innotescere* II, 10, 3. *P.* 5. Sen. Benef. III, 32. Tac. Hist. III, 34. Suet. Oth. 3.

evigilare *expergisci* I, 5, 8. IX, 36, 1. Suet. Aug. 78. Claud. 33. Galb. 4. Vesp. 21. Quint. IX, 4, 12. Stat. Silv. V, 3, 128.

exacerbare a) *armis exuere* Suet. Dom. 15. Tac. Hist. I, 31. II, 76. b) transl. *infirmare* III, 9, 29. Vell. II, 17. Flor. I, 22. Val. Flacc. VII, 597. Manil. IV, 235. Sil. I, 411. Petr. Sat. 105.

exauctorare *ob delictum quoddam dimittere* (kassiren) VI, 31, 5. Suet. Aug. 24. Vit. 10. Vesp. 8. Tac. Hist. I, 20.

excerpere *locos e libris citare* v. *laudare* III, 5, 10. VI, 16, 22. 20, 5. Suet. Aug. 86. 89. Sen. Ep. 33. Quint. VII, 1, 29. IX, 1, 24. X, 1, 45. 2, 13. Gell. XVII, 21. Primo et tertio locorum Plinianorum legi addo "*excerpere librum.*"

excolere *honore afficere, ornare* III, 2, 4. IV, 6, 2. V, 6, 22. 12, 2. IX, 39, 3. Quint. VIII, 3, 36. X, 1, 97. Plin. mai. XXXV, 10, 39. Suet. Caes. 84. Aug. 28. 72. Martial. VI, 52. VII, 27. Flor. IV, 12.

excutere *disquirere, examinare* quod est ICtorum, VI, 31, 5. *ad T* 48, 1. 98, 1. Sen. Clem. I, 20. Quint. Decl. 264. Tum e. **mentem** pro *m. perturbare, terrere* I, 18, 3. Sil. II, 592. Cf. Stat. Theb. III, 93. Lucan. IV, 536.

eximere *advocatione liberare* III, 4, 3. Ap. Tac. aequalesque eius scriptores (Plin. Epp. I, 8, 9. III, 17, 2. VIII, 23, 1) h. v. fere cum dandi casu iungitur, cf. Böttich. lex. Tac. p. 184.

exosculari *osculari* V, 17, 4. IX, 13, 21. Tac. Ann. I, 34. Hist. I, 45. II, 49. Suet. Cal. 33. Oth. 12. Vit. 7.

†experiri se aliqua re *vires pericilitari in aliqua re* VII, 4, 3. IX, 29, 1. Cf. Quint. IX, 3, 76. X, 1, 109. XII, 11, 16 "in foro nos experiri potuimus."

exprimere *explicare, manifestare, verbis efferre* V, 15, 2. VII, 8, 1. Suet. Aug. 86. Ter. 4. 5. Vell. II, 124. Addito voc. verbis V, 16, 7. *ad T* 2, 1. 5, 1 "e. verbis non possum" = dici non potest, 12, 1.

exscindere transl. *P.* 34. Tac. Agr. 19.

†exscribere *ad exemplar aliquod facere* IV, 28, 1; hinc transl. *imitando exprimere, effingere* V, 16, 9.

†exserere transl. VIII, 7, 2 "exseram in librum tuum ius" i. e. exercebo, exigam, experiar. Similiter Suet. Tib. 33 "principem exseruit."

exundare *abunde affluere* V, 6, 20. Colum. VIII, 17. Quint. X, 1, 109. Tac. Germ. 45. Plin. mai. II, 103, 106.

facere abortum *a. pati* (ut Plin. mai. XXVIII, 7, 23 dixit, apud quem et "*abortum inferre*" XXI, 18, 69 legitur) VIII, 10. 1. Contra argentea aetate *iniuriam pati* idem declarat quod apud scriptores praestantissimos *iniuriam accipere, ad T* 81, 2. Sen. Ep. 65. 81. His non adversatur Ciceronis locus Lael. 21.

farcire vox architectorum *ad T* 48, 4. Plin. mai. XXXVI, 22, 51. Vitr. II, 8.

favere alicui contra aliquem VIII, 3, 2. Suet. Cal. 30. Capitol. Ver. 6.

figurare *figuris rhetoricis ornare* III, 13, 3. Quint. IX, 1, 9. X, 1, 12. Sen. Controv. III Pr.

fingere sibi pro *fingere* VI, 4, 4. VII, 27, 7. Cf. *P.* 4. Quint. I, 5, 10. VI, 2, 36. Sed nescio an hic usus dicendi ab incorrupta sermonis integritate alienus depromptus sit e Virgiliano (Ecl. 8, 107) "an qui ament ipsi sibi somnia fingunt."

focilare *recreare, reficere* III, 14, 4. 16, 12. Suet. Aug. 17. Sen. Ep. 13. Forma verbi deponentis usus est Varr. ap. Non. VII, 110.

†formare IV, 19, 4 "versus cithara" i. q. fides versibus aptare, cf. VII, 4, 9 "volumen cithara personatur." Id ap. Cic. de Orat. III, 102 *modos facere,* ap. Virg. Ecl. 10, 51 *carmen modulari avena,* ap. Stat. Silv. III, 5, 65 *flectere* dici Dör. ad loc. Plin. annotavit.

†frangere de molli effeminataque pronunciatione histrionum *P.* 54. Hinc II, 14, 12 "fracta pronunciatio," cui opponitur *intenta, incitata, fortis.*

fulgurare de summa vi dicendi usurpatum I, 20, 19. Plin. mai. Pr. 5.

gerere *P.* 44 "g. principem", Iustin. XXXII, 2. Sen. Troad. 714. Claud. IV Cons. Honor. 293. Nupt. Honor. et Mar. 32. Appul. Met. 1 p. 113. [Cicero Off. I, 32. 34 "personam civitatis gerere" dixit.]

gestari *vehi* IX, 36, 5. Sen. Ep. 122. Cels. II, 15. Martial. I, 13. XII, 17.

habere. Notabiles hae locutiones sunt: a) h. ante oculos = *ponere in oculis, proponere ante oculos, considerare* II, 10, 4. VIII, 24, 4. Sen. Ep. 11 cf. "artes in oculis habere" *P.* 47. b) inter manus h. = *operam dare* II, 5, 2. V, 5, 7. Tac. Ann. III, 16. Dial. 3. Val. Max. V, 1, 6. [Ap. Cic. Acad. I, 1, 2. Plin. Epp. VII, 30, 5. IX, 1, 5 "in manibus habere" et I, 2, 6. Cic. Sen. 11 "in manibus esse" ea dicuntur quae aut edentur aut edita sunt et passim vulgata.] c) in usu h. = *uti* I, 10, 10. VIII, 14, 3. *P.* 88. Suet. Dom. 1. Cf. Plin. Epp. I, 17, 2 "est.. Capitoni in usu viros claros colere"; d) †habet hoc quod VI, 9, 2 "h. h. sollicitudo quod" i. e. haec est natura sollicitudinis, *P.* 83 (ap. Cic. "habet hoc ut" extat ut *P.* 5); e) habere coni. cum *participio fut. pass.*, I, 7, 6 "certandum h.", 8, 12. VIII, 13, 2. 14, 4. *ad T*

4

82, 1. 95, 2. *P.* 15. Tac. Ann. IV, 40. XIV, 44. Hist. I, 15. IV, 77. Dial. 8. 13. 19. 31. 36. 37. Plin. mai. X, 76. Suet. Caes. 68. Colum. II, 9. V, 5.

iacere de pecunia ad usuras pariendas non collocata *ad T* 62, 1. Quint. Decl. 535. Pro *aegrotare* h. v. usurpatum est II, 20, 2.

imaginari *imaginem cogitatione, animo fingere* v. *depingere* I, 14, 9. II, 10, 7. 11, 11. V, 5, 5. 6, 7. VI, 4, 4. VII, 26, 2. VIII, 6, 11. 12. Quint. IX, 2, 41. 42. XII, 1, 21. Suet. Caes. 81. Plin. mai. IX, 35, 38. XX, 13, 51. Tac. Ann. XV, 69.

immorari transl. I, 8, 8. V, 6, 42. *P.* 54. Quint. II, 16, 6. IX, 3, 73. XI, 2, 4. Sen. Ep. 2.

imperare a) *nimiam curam impendere* V, 19, 6. Colum. III, 3. Sen. Tranq. 15. Sen. trag. Oed. 895. b) *imperatorem esse P.* 5. Suet. Claud. 3. Galb. 4. Oth. 4. Vit. 14. Tit. 2 et saepe.

implere a) de aetate dictum I, 12, 11. V, 16, 2. Quint. III, 1, 14 (sic iam ap. Hor. Epp. I, 20, 27. Ovid. Met. IX, 338), b) de tempore pro *dicendo consumere* IV, 9. 12. VII, 6, 11. — Ceterum h. v. haud raro Plinius et scriptores argent. lat. usurparunt: I, 10, 3 *spem*, 19, 2 *equestres facultates* i. e. supplere quod equestri censui deest, 20, 21 *materiam*, II, 1, 2 *summum fastigium privati hominis*, 12, 6 *promissum*, 20, 13 *sestertium sexcenties*, III, 14, 2 *fidem peractae mortis* i. e. servis plane persuasit perpetratam esse mortem, VI, 6, 6 *vicem alicuius*, VII, 24, 9 *domum*, 33, 7 *non advocati fidem sed inimici amaritudinem implesse* i. e. summam amaritudinem exercuisse, VIII, 13, 1 *vestigia alicuius* i. e. eum sequi, imitari, *ad T* 3, 3 "*in emancipatione implenda,*" 21, 1 *partes* = officium praestare, 52, 2 *officium publicum*, 56, 3 *officii mei partes*, *P.* 15. 22. 26. 50. Tac. Ann. IV, 38. Hist. I, 16. Agr. 44. Vell. II, 95. Flor. II, 14.

*implicitare *involvere* IX, 33, 5.

imputare (verbum aetate Augustea excepto Ovid. Met. II, 400. XV, 470. Her. VI, 102 inusitatum) a) *in computationem adducere, assignare, ascribere* (in malam partem) VI, 20, 20. VIII, 21, 4. IX, 13, 2. *ad T* 52, 3. Tac. Agr. 34. Quint. V, 10, 72. VII, 1, 45. Sen. Ira III, 42. Ep. 8. Vell. II, 2. Curt. VII, 1, 19. b) inde aetate Pliniana usurpatum pro *in meritis numerare, pro beneficiis habere P.* 20. 24. 39. 68. 71. Suet. Ner. 36. Tac. Hist. I, 38. II, 31. III, 86. Germ. 21. Quint. Decl. I, 2.

†inarescere transl. *perire* II, 4, 4. Propria vi II, 17, 14. Plin. mai. XXVI, 8, 40. XXVII, 11, 46. XXXI, 6, 32. Cels. V, 17. Quint. VI, 1, 27. Vitr. VII, 3. Colum. IV, 24.

inclarescere *P.* 82. Suet. Gramm. 17. 18. Plin. mai. VII, 37, 38. XXXIII, 12, 55. XXXV, 11, 40.

*indecere *dedecere* III, 1, 2 "iuvenes confusa adhuc quaedam ... non indecent".

inducere a) VI, 33, 2 "filiae novercam" (ubi Dör. conferri iubet Val. Fl. II, 132 "i. pellicem," Sen. Decl. 3. Quint. argum. Decl. 381 "superducere liberis novercam" et Graecorum ἐπάγεσθαι μητρυιὰν κατὰ τῶν ἰδίων παιδίων), b) *instituere P.* 11. Suet. Tib. 30. Ner. 55. c) †absol. pro *introducere in senatum* II, 11, 9. 14, 4. III, 4, 4. V, 4, 2.

indulgere cum accusativo rei et dativo personae pro *concedere, permittere, largiri* II, 13, 8. VI, 13, 9; tum de beneficiis imperatorum *ad T* 6, 2. 22, 1. 24, 2. 4. 75, 1. 91, 2. 109, 2. Suet. Aug. 41. Claud. 24. Dom. 11. Val. Fl. II, 356. Quint. II, 17, 32. III, 8, 13. IV, 2, 74. 122. XII, 1, 2. 10, 22.

inferre de tributo conferendo II, 11, 20. IV, 12, 4. *P.* 39. Colum. I, 1.

infigere transl. *sedulo docere* I, 20, 2. 18. Quint. I, 8, 17. IX, 2, 4. 4, 29. 134. XI, 3, 111.

ingerere se *ultro nec vocatum se operamque offerre suam, ambire P.* 86. Cf. Suet. Aug. 54. Val. Fl. VII, 651. VIII, 53. Iustin. XI, 14.

inhabitare II, 17, 29. Plin. mai. VI, 17, 20. Petr. Sat. 116. Appul. Met. 8.

initiare transl. de litteris, studiis pro *imbuere* V, 15, 8. Quint. I, 2, 20. Symm. Epp. IV, 20.

iniungere quod verbum etsi a Ciceronis consuetudine alienum est tamen eius aetate legitur (cf. Cic. Fam. XI, 13) et ap. Liv. Caes. pro *imponere, mandare* extat, qua

significatione a Plinio usurpatum est I, 14, 1. II, 11, 19. IV, 28, 2. VII, 6, 14 [*ad T* 74 Trai.], *P.* 86. 95; sed eius verbi usum Plinius ita mutavit ut *iniungere* excipiatur ut particula: II, 18, 1. III, 18, 1. IV, 9, 4. 13, 11. IX, 28, 1 [*ad T* 55 Trai.]. Etiam pro *rogare P.* 94 usurpatum h. v. videtur.

inquietare *molestiam afferre, negotium facessere* I, 9, 5. IX, 15, 1. Suet. Aug. 53. Cal. 26. Claud. 9. Ner. 34. Tac. Hist. III, 84. Petr. Sat. in.

†insignire *denotare* VIII, 22, 4.

†inspicere aliquem *ingenium moresque alicuius cognoscere* I, 10, 2. IV, 17, 5. *P.* 83 "penitus", V, 15, 2 "altissime", VII, 22, 3 "propius", *P.* 87 "familiariter". Cf. VI, 31, 2. *ad T* 18, 2 et "familiarius aliquem intueri" VI, 8, 2.

insurgere *incumbere, animum intendere in aliquid P.* 66 "publicis utilitatibus."

intelligere *praestantiam alicuius sentire atque aestimare* I, 10, 3. III, 6, 1. 11, 5. VI, 27, 2. VIII, 23, 5. Sen. Const. sap. 1. Quint. XI, 1, 10. Vell. II, 114. Tac. Ann. III, 3.

intendere IV, 9, 17 "i. leges" i. e. *legum severitatem sequi* (ducta translatione ab arcu intendendo), cf. Tac. Ann. XIV, 45 "morem antiquum i."

intercedere propria vi V, 6, 34. Plin. mai. II, 11, 18. Pro *obstare, se opponere* *P.* 4. 25. 80. Suet. Tib. 17. 26. Tac. Agr. 46. Plin. mai. XXXII, 1, 1.

†intercidere VI, 22, 4 "i. commentarios" = c. corrumpere et vitiare.

interiacere cum accusativo coniunctum V, 6, 32. Plin. mai. V, 4, 4.

interquiescere transl. de rebus pro *cessare* VIII, 21, 2 "lites i.", Sen. Ep. 78 "dolori."

*interscribere VII, 9, 5; transl. Solin. 5. 33.

intervenire *intercedere, medium esse* V, 6, 35. Plin. mai. XXXVII, 7, 25.

*intribuere *contribuere, tributum solvere ad T* 35 Trai.

†intueri *versum esse, prospectum habere* V, 6, 28.

intumescere *efferri, superbire* VII, 31, 3. Tac. Hist. IV, 19. Quint. I, 1. 8. Sen. Consol. ad Polyb. 36.

†inumbrare transl. *obscurare P.* 19. (Pro *opacare* V, 6, 20. VIII, 17, 3 ut ap. Virg. Aen. XI, 66.)

invalescere *vires ac firmitatem acquirere* VI, 2, 5. 8, 2. 20, 3. *P.* 23. Quint. II, 1, 1. VI, 1, 44. X, 2, 13. Suet. Aug. 19. Ner. 17. Vesp. 11.

invidere alicui aliqua re (quam structuram Quint. IX, 3, 1 vituperavit) I, 10, 12. II, 10, 2. 20, 8. III, 8, 2. VII, 28, 2. IX, 13, 5. Lucan. VII, 798. Omisso casu tertio ap. Tac. Ann. I, 22. XV, 63. Germ. 33.

ire in saecula *apud posteros fama celebrari P.* 55 "ibit in s. fuisse principem", Sil. XII, 312.

iungere *continuare* IV, 9, 10 cf. III, 19, 2. Iustin. XII, 13. Stat. Silv. I, 5, 10. Lucan. I, 167. Sil. III, 638. Petr. Sat. 79. Sic coniungere ap. Suet. Cal. 17. Claud. 23.

iurgare *litigare* VI, 5, 7. Iustin. XXI, 5. Cod. Theod. II, 1, 6.

laetari transl. de rebus pro *delectari, iuvari* V, 6, 4. Colum. III, 9. Pallad. I, 6.

†lectitare *recitare* VII, 17, 4 "orationes quoque et nostri .. et Graeci lectitaverunt."

lenocinari *favere, sublevare* I, 8, 6. II, 19, 7. Quint. V, 12, 7. Symm. Ep. IX, 87.

merere et mereri *consequi, accipere, impetrare* I, 8, 14. *ad T* 3, 4. 19, 3. 39, 2. 101, 1. *P.* 26. 37. 56. 61. 89. Quint. IV, 2, 39. 125. VI, 3, 100. IX, 2, 98. Tac. Dial. 9. Suet. Aug. 68. Tib. 37.

miscere *iungere* VIII, 5, 1. Sen. Ep. 3.

†nescio an quod dicendi genus primae classis scriptores modeste concedentis, affirmantis esse voluerunt, apud Plinium saepe significare videtur scriptoris condicionem plane incertam I, 14, 9. II, 2, 1. IV, 11, 8. 15, 6. VI, 21, 3. VII, 14, 4 (ubi *aliquid* = aliud quidquam), VIII, 14, 24.

nuncupare VIII, 18, 5 "testamentum n." pro *voce coram testibus testamentum facere, P.* 43 "n. aliquem" pro *heredem aliquem instituere* (ut extat V, 7, 1), Suet. Cal. 38. Claud. 4.

obiacere *e regione situm esse* VI, 31, 16. Tac. Hist. V, 6. Pomp. Mel. II, 3. Stat. Theb. IV, 61.

o b l i d e r e *opprimere* VI, 20, 16. Colum. VII, 3.

o b s t r e p e r e *adversari, obstare* II, 17, 21. Quint. XII, 6, 5. Flor. II, 19. IV, 2. Sen. Herc. fur. 1031. Gell. VI, 2.

o b t e n d e r e *praetendere* VIII, 6, 15. Tac. Ann. I, 26. III, 17. 35. XI, 17. Hist. III, 36. Quint. XII, 10, 15. Lucan. VIII, 339.

† o c c u p a r e *rem cupide et festinanter praeripere* IV, 15, 11.

o c c u r r e r e *contra situm esse* V, 6, 23. Plin. mai. III, 10, 15. V, 24, 20. VI, 26, 29. Stat. Theb. I, 114.

o c c u r s a r e a) †*in mentem venire* II, 3, 2. V, 5, 7 [locus Plautinus qui est Mil. IV, 2, 56 aliam interpretationem postulat], b) *apparere* VI, 20, 18. *P.* 81 "a. numinibus" i. e. ante ea adorandi causa consistere, cf. Sall. Iug. 87. c) † *obviam ire et praevenire P.* 25 "o. fortunae".

o n e r a r e de iis quae nos quadam necessitate recte et laudabiliter agendi urgent et premunt (Forc.) I, 8, 5. III, 3, 7. IV, 9, 6. VIII, 24, 8. *ad T* 82, 2. *P.* 24. 73 "o. posteros" sc. difficili virtutis imitatione, Stat. Theb. VI, 565. Sic o n e r o s u s II, 4, 3. 6, 5. 11, 3. III, 18, 3. V, 8, 12. *P.* 44. 78. 91. Cf. o n u s ap. Cic. Off. III, 2.

p e r a g e r e r e u m. Haec locutio qua olim *reum agere* s. *facere* (Liv. IV, 42. Ovid. Trist. I, 1, 24. Pont. IV, 6, 27) significabatur, postea *praestare quaecunque ad accusandum damnandumque reum pertinent, causam rei ad exitum deducere ut condemnetur* significabat III, 9, 36. Val. Max. VI, 2. Tac. Ann. IV, 21. Cf. p e r a g e r e a c c u s a t i o n e m pro *a. absolvere, perficere* VI, 31, 6. VII, 9, 6. IX, 1, 2. Martial. XI, 28.

† p e r c o l e r e *perficere* V, 6, 41 "p. inchoata".

p e r c u r r e r e transl. de magistratibus quos quis eodem fere tempore gessit, I, 14, 7 "p. quaesturam tribunatum praeturam", Suet. Tib. 9. Ner. 3.

p e r c u t e r e f o s s a m *ad T* 50, 4 pro *f. ducere* (quod extat ib. 69, 4) Veget. III, 8. Front. Strat. III, 17, 5.

p e r d o m a r e transl. V, 6, 10. Sen. Ep. 90.

† p e r s e v e r a r e *perdurare* VI, 20, 19 "tremor terrae perseverabat."

† p e r s o n a r e *celebrare, laudare P.* 2. Hoc dicendi genus ab usu poëtico (Virg. Aen. VI, 417. Hor. Epp. I, 1, 7) qui extat VII, 4, 9 translatum videtur.

*p e r t r i b u e r e *ad T* 18, 2 "certatim ei qua privatim qua publice testimonia pertribuerunt."

† p r a e c i p e r e *praesumere, ante capere, ἐξαιρετῶς λαμβάνειν* V, 7, 1. *ad T* 79, 2. Dig.

p r a e d i c e r e *supra memorare* IV, 14. 8. *ad T* 15, 2. Quint. II, 4, 24. III, 6, 89. Suet. Aug. 90. Vell. I, 4, 12. II, 11, 12. 15. 35. 44. 46. 47.

† p r a e l o q u i *praefari* III, 4, 3. IV, 5, 3. VIII, 21, 3. [Ap. Plaut. Rud. I, 4, 28 pro *dicendo anteire.*]

† p r a e p a r a r e v o c e m *meditari orationem* II, 1, 5.

† p r a e s t e r n e r e transl. pro *praeparare* V, 8, 14 "Illud peto, praesternas ad quod hortaris."

p r a e s u m e r e = praecipere, sumere aliquid ante tempus aut ante alios (vox arg. lat. poëtis [Ovid. A. Am. III, 757. Virg. Aen. XI, 18] usitatum) II, 10, 6. III, 1, 11. VI, 10, 5. VIII, 11, 1. *P.* 79. Sen. de brev. vit. 5. Ep. 107. Saepissime ap. Quint. et. Tac.

† p r a e t e x i *P.* 52 "p. portibus" i. e. *advolvi, haerere, applicitum esse.*

p r a e v a l e r e II, 11, 6. III, 20, 6. IV, 9, 18. V, 21, 7. VI, 20, 19. VIII, 14, 21. 24. Vell. II, 118. Quint. VI, 2, 9. VII, 4, 19. Plin. mai. saepe, Tac. (apud quem eadem vi et "*praeposse*" invenitur Hist. V, 8) Ann. I, 58. XII, 17. 64. Hist. II, 65. Dial. 5. Suet. Aug. 7. Ner. 28. 33. Galb. 19. Stat. Ach. II, 122.

*p r o c u r a r e *procuratorem Caesaris esse* III, 5, 17. Capitol. Pert. 2. Dig.

† p r o d u c e r e de adolescentibus qui a viro consulari commendatione aliqua adiecta in forum et ad famae auspicia ducebantur II, 14, 3. VI, 23, 4.

se p r o f e r r e transl. *se ostendere, apparere* I, 13, 1. IX, 13, 2. *P.* 48. Sen. Ep. 52. Eadem vi instructum p r o f e r r i IV, 30, 9 et similiter Tac. Ann. XVI, 29 "*proferre ingenium.*" Etiam vim gignendi *proferre* ap. Plin. min. habet V, 6, 4 "(coelum) laurum profert," ut ap. Plin. mai. XVII, 13, 20. Val. Fl. III, 708.

proficere cum dativo coniunctum pro *prodesse* IX, 40, 2 "memoriae frequenti emendatione proficitur." Sic h. v. ap. Plin. mai. de iis invenitur quae utilitatem quandam habent in medicina, ut XXXVI, 20, 37.

profiteri quae vox Ciceronis aetate *scientiam artis vel litterarum sibi vindicare* (Lael. 5. Planc. 25. Divin. II, 63) significabat postea hanc vim mutavit, ita ut de doctoribus et rhetoribus dicta pro *publice rhetoricam docere* poneretur, II, 18, 3. IV, 11, 1. 14. Suet. Ner. 21. Gramm. 9. Quint. I, 5, 7.

promovere *producere ad dignitatem, provehere ad honores* VII, 31, 3. *ad T* 3, 2. 20, 1. *P.* 90. Suet. Oth. 1. Vesp. 16. Curt. VI, 11. Lucan. VI, 147.

†prosecare V, 6, 10 "p. solum" =*proscindere solum* ut ait Virg. Georg. I, 97. II, 236.

prosequi omissis vocc. *beneficio amore laude* V, 5, 2 sc. legato (ut est VIII, 18, 2), Suet. Aug. 49. 66. Tib. 21.

prospectare de locis unde prospectus est II, 17, 5. V, 6, 19. Phaedr. II, 5, 9. Tac. Ann. III, 66. XIV, 9. Hist. V, 6. Plin. mai. XIV, 6. Sil. III, 418.

†prospicere de exigua notitia sive iuris senatorii sive rei militaris quam is qui curiae vel castrorum foribus assistit sibi comparat VIII, 14, 8. *P.* 15.

provocare a) *quasi ad certamen ineundum evocare* II, 7, 4. *P.* 51. Quint. X, 1, 93. Plin. mai. XXXV, 10, 36. Etiam translate ad ipsa inanima h. v. usurpatur, ita ut ad vim *superandi* accedere videatur *P.* 51. Plin. mai. XVI, 8, 12. b) *adducere, movere ad aliquid ad T* 7. Suet. Aug. 74. Cal. 27. Claud. 21. c) *gignere, parere* VIII, 6, 13 in quodam SCons., *P.* 16. Tac. Hist. V, 1. Germ. 35. Plin. mai. XIX Pr.

publicare de scriptis pro *edere, in vulgus emittere, dare foras librum* I, 5, 2. 8, 3. IV, 27, 5. V, 13, 4. Suet. Caes. 56. Claud. 3. Cf. "dare aliquid in manus hominum" VII, 17, 15. VIII, 19, 2 et "exire in vulgus" *P* 75. Nec sprevit alia Plinius, ut VIII, 3, 2 "in publicum dare," *P.* 66 "promere in medium," atque opposuit his vocibus I, 8, 3 *continere* (ut Cic. Att. XIII, 21), II, 10, 1 *tenere* et I, 1, 2 *supprimere.*

†punire *supplicio afficere, interficere* VIII, 14, 19. 21.

†quaerere legibus V, 21, 3 de eo qui in iudicando non indulget causarum patronis sed solas legum sanctiones intuetur (Forc.).

queritari *P.* 29 quamquam Keil leg. "quiritantes," Tac. Ann. XVI, 34.

recolligere IV, 11, 9 sc. stolam, IX, 13, 23 "actionem meam," Sen. Benef. I, 9 "sparsa," Colum. VIII, 5. Lucan. I, 157. Iustin. XXIII, 4. XXXXII, 3. 5. Sen. Apocol. fin.

†recomponere transl. VI, 5, 5.

†redire animo dicitur id cuius recordatio subit VIII, 23, 6 cf. Petr. Sat. 81. 113 "redire in animum."

redormire IX, 36, 3. Cels. I, 2.

refert quod verbum impersonale a Sallustio (Iug. 119) et Livio (XXXIV, 27) cum "illorum, ipsorum" iunctum est, apud argent. lat. scriptores cum genetivo substantivi coniunctum invenitur: VIII, 22, 4 "exempli — humanitatis plurimum r.," *P.* 40 "nihil r. iniquitatis," Quint. IX, 4, 44. Vell. II, 72. Iuven. 16, 58. Eodem modo ap. Plin. Epp. IX, 13, 25 "interest exempli," *P.* 21 "i. publicae pietatis" legitur.

†reformare transl. pro *corrigere P.* 53. Eum. Pan. Const. 2. Appul. Met. 9.

refovere *in vitam revocare, reficere, recreare* transl. III, 18, 5 "studia prope exstincta r.," *P.* 18. 69. Vell. I, 15. II, 113. Suet. Caes. 35. Tac. Ann. II, 47. 54. XII, 66. XV, 36. Hist. I, 31. III, 58. Gell. XV, 2.

refragari transl. pro *obstare, adversari* II, 5, 5. III, 19, 9. Quint. V, 7, 2. X, 6, 4. Plin. mai. XIX, 8, 38.

†refundere transl. pro *reddere, restituere P.* 31. 40.

regerere *reiicere, retorquere* VI, 22, 4 i. e. criminibus fictis ad crimina respondere, *ad T* 30, 2 "culpam in aliquem r.," Plin. mai. VI, 23, 6. XIII, 15, 29. Quint. XI, 1, 22. Tac. Hist. III, 78. Sen. Hippol. 720. Cf. Hor. Sat. I, 7, 29.

†relucescere absolute dictum VI, 20, 16 "paulum reluxit."

reluctari transl. II, 1, 5. *ad T* 26. *P.* 60. 81. Vell. II, 102. Quint. I Pr., IX, 4, 7. Curt. VIII, 2. Tac. Ann. IV, 22. Martial. V, 35. Sen. Herc. Oet. 1728.

remetiri transl. pro *recognoscere* VIII, 11, 2 (quamquam Keil leg. "metiri"), Sen. Ira III, 36. Appul. Met. 1. 2.

†remitti *refici, recreari, animum remittere et seria deponere,* I, 16, 7. VII, 1, 4. 9, 9 i. e. post seria poëticen tractare, XI, 3, 2.

rependere *redimere, sibi parare P.* 44 "incolumitatem turpitudine," Colum. praef. 10 "honorem servitute," Gell. I, 3.

repetere absol. pro *memoria r., recordari* ita positum, ut infinitivus cum quarto casu succedat, III, 5, 16. VII, 6, 7. 13. Suet. Gramm. 4.

†repraesentare sibi aliquem *animo suo praesentem aliquem facere* IX, 28, 3. Ap. Quint. VI, 2, 29 "animo r. aliquid" invenitur, cf. ib. 1, 31.

rescribere *retractare* V, 8, 7. VII, 9, 5. VIII, 21, 6. Suet. Caes. 56.

respicere ad aliquid *curam habere, prospicere* II, 5, 4. Quint. I, 12, 6. IX, 2, 28. 4, 36. X, 1, 120.

restringere transl. pro *coercere, prohibere* I, 8, 9. V, 19, 9. VI, 19, 4. Sen. Benef. I, 4. Tac. Ann. XVI, 16. Plin. mai. XXIV, 16, 97. Appul. de mundo p. 61.

†resultare transl. pro *abhorrere, repugnare* VIII, 4, 3.

†resumere transl. II, 18, 1 "illam dulcissimam aetatem quasi r." i. e. animo gaudia illius aetatis repetere, IV, 9, 11. 13, 2. (Pro *iterum sumere* V, 5, 12. VII, 9, 6. *P.* 61. 66. 79.)

retractare *relegere, revisere, emendandi causa recensere* IV, 9, 23. V, 8, 6. VIII, 21, 6. IX, 10, 3. 40, 2. Suet. Aug. 34. Gramm. 2. Cf. "r. gaudium" pro *recordari* VII, 24, 7.

revocare de pecuniis = *repetere, denuo solvi sibi iubere* III, 9, 17. *ad T* 28, 5. 34, 2. 120, 1. Suet. Ner. 32. 44. Galb. 15.

salutare *ad captandam gratiam et testandum obsequium imperatorum aedes mane obire* VII, 3, 3 (cf. III, 4, 4), Suet. Tib. 32. Galb. 17. Oth. 6. Vesp. 12. 21. Tac. Ann. XI, 22. Hist. II, 92. Sen. Benef. VI, 34 al.

secedere inprimis de iis qui ex urbe et a negotiis in locum secretum vel ad otium se conferunt I, 9, 3. II, 11, 1. III, 7, 6. Suet. Caes. 4. Aug. 98. Tib. 10. Vesp. 4. Gramm. 3. 5. Quint. III, 1, 17. (Pro *distare, remotum esse* II, 17, 2.)

servire *usum aliquem praebere* I, 3, 1. V, 6, 23. VII, 24, 8. Plin mai. XXXIII, 12, 54 et saepe, Colum. IV, 29. Front. Aquaed. 18. 92. Cf. *P.* 40 "servire" = *in usum rei alicuius adhiberi,* Quint. IX, 4, 63.

signare de votis pro *concipere et firmare ad T* 44 (ducta translatione à testamentis quae signantur ut rata sint [ut II, 20, 8]), Martial. VI, 45. Claud. in Eutrop. I, 380.

†sternere pro *lectum s.* VII, 27, 7.

studere absol. pro *litteris studere, litteras diligenter tractare* I, 6, 2. II, 8, 1. 13, 5. III, 5, 8. IV, 13, 3. 16, 3. V, 5, 5. 18, 2. VI, 16, 5 sq. VII, 9, 1 (= arti oratoriae operam dare), 16. 13, 1 sq. 15, 1. 21, 1. 24, 5. 30, 4. VIII, 8, 7. 9, 1. Tac. Dial. 21. 32. Quint. II, 2, 7. 7, 1. VI Pr. 4. XI, 3, 7. XII, 11, 19. Suet. Tib. 61. Sen. Ep. 94. Sic Plinius etiam "loqui secum et cum libellis" I, 9, 5 dixit.

subiacere *adiacere, in propinquo esse* II, 17, 7. 15. V, 6, 2. 23. VI, 16, 8. VIII, 20, 3. Colum. I, 2. Curt. V, 3.

submittere de capillo pro *promittere capillum,* quod fere in luctu et a reis fiebat, VII, 27, 14. Suet. Caes. 67. Aug. 23. Cal. 47. Tac. Germ. 31. Sen. Controv. II, 30. alt. Consol. ad Polyb. 36.

subnotare *subscribere* I, 10, 9. Suet. Cal. 41.

†subsignare *subscribere, approbare, confirmare* III, 1, 12. *ad T* 3, 4 "s. apud te fidem" i. e. "fidem interponere", quod paulo supra dicebatur.

substituere VI, 31, 8 "aliquem crimini" i. e. reum facere et accusare. Similiter Quint. VII, 4, 15. Decl. I, 10. Dig.

†sufficere *parem esse, satisfacere* VI, 23, 4. VII, 31, 3. *ad T* 19, 3. Pro

satis esse optimi scriptores h. v. usurparunt, non ita ut coniunctiones *ut* et *ne* sequantur. Hic usus apud solum Plinium IX, 21, 3. 33, 11 invenitur.

†superare *invalescere* VII, 1, 3.

*supercurrere *superare* VII, 18, 3. Cf. supergredi ap. Quint. VI Pr. 8. Sen. Ep. 32. Tac. Ann. XIII, 45. XIV, 52. Flor. III, 21, 5.

superfundere propria significatione VIII, 17, 1. IX, 33, 9. Tac. Ann. XIII, 55. Agr. 36. Colum. IV, 8. XII, 59. Pallad. I, 40.

supervivere cum dativo coniunctum pro *superesse, superstitem esse* II, 1, 1 Flor. II, 2. Iustin. XXVIII, 3. Suet. Caes. 89. Appul. Met. 1.

suscipere transl. *curare, tueri* I, 19, 1. II, 4, 2. Quint. IX, 4, 70.

teri *multum versari in aliqua re, exerceri, fatigari* II, 3, 5. VII, 3, 3. VIII, 12, 3 (cf. conteri III, 1, 11. VII, 5, 1.).

timere cum *pro* praepositione dativi loco positum III, 17, 3. Curt. VI, 10. Similiter priorum solum Brutum ap. Cic. Ep. Brut. 16 locutum esse Dör. ad Plinii locum declaravit, quem ibidem duos Taciti locos afferentem erravisse puto. Ceterum cf. V, 5, 7 "terreri pro", 6, 3 "metum pro aliquo ponere" et ap. Cels. III, 10 "metuere pro."

transfretare *P.* 84 (quamquam Keil leg. "transsilire"), Suet. Caes. 34. Ammian. XXII, 6. XXXI, 4. Gell. X, 26.

transmittere a) *transitum dare* II, 17, 19. VIII, 8, 3. Colum. XII, 50. Plin. mai. XVI, 10, 19 et saepe, Tac. Ann. XIII, 15. b) *agere, exigere,* quamquam ne Cicero quidem (Manil. 1) ab ea potestate verbi videtur abhorruisse, IX, 6, 1 "t. tempus inter pugillares et libellos iucundissima quiete" (ut Sen. Ep. 19. Plin. mai. VIII, 25, 38. Stat. Silv. IV, 2, 12. Theb. III, 278), cf. I, 22, 7 "t. febrium ardorem" i. e. perferre, VI, 4, 2 "secessus voluptatis regionisque abundantiam," VIII, 11, 2 "transmissum discrimen convalescendo metiri;" c) *praetermittere* VI, 4, 2. Tac. Hist. I, 13. IV, 9. Suet. Cal. 10. Claud. 11. Vesp. 15. Sil. VII, 162.

transponere *transmittere ad T* 69, 2. Tac. Ann. II, 8. Iustin. XXIII, 3. Gell. IV, 5.

*ubertare *fecunditatem dare P.* 32. Eum. Grat. act. ad Constant. 9. Cf. uberare pro *fecundum esse* ap. Colum. V, 9.

usurpare *contra ius vindicare P.* 81. Suet. Claud. 25. Locos Taciteos v. ap. Bötticb. lex. Tac. p. 476.

se vindicare de aliquo IV, 11, 14. Flor. III, 21, 19. Cf. *P.* 53 "vindicari *de* malis imperatoribus," Sen. Benef. VI, 5 "se v. *ab* aliquo," Plin. Epp. VIII, 7, 2 "se ulcisci *in* aliquo", et Plin. mai. XXXIV, 14, 41 "se ulcisci *ab* aliquo." Memoratu dignum videtur in irritum vindicare pro *i. i. revocare, deducere ad T* 112.[3])

[3]) Sunt PLAUTI emptitare VI, 19, 5 (Colum. VIII, 10, 16. Tac. Ann. XIV, 41), necare pro *perdere* V, 6, 4; CATONIS commendare = accomm. *P.* 71; LIVII consummare = ad summum perducere *ad T* 48, 6. distringere = distrahere, compluribus partibus urgere et premere I, 10, 9. III, 5, 19. V, 5, 3. VII, 15, 1. enasci (quod iam ap. Varronem legitur) VI, 31, 17. exhaurire laborem III, 9, 1. exolescere = aut vim suam amittere aut in oblivionem desuetudinemque abire I, 4, 4. III, 21, 3. *ad T* 115, 3. expascere absol. V, 5, 6. expirare transl. *P.* 57. flectere intr. VI, 16, 11. pensitare = perpendere, considerare, examinare I, 8, 9. IV, 14, 6. 15, 8. VII, 9, 3. 17, 7. perrogare IV, 22, 3. VI, 22, 5. *P.* 60. in ordinem redigere a) *cogere in o.* I, 23, 1. b) *contemnere, despicere* II, 6, 5. tenere = obtinere, vincere VIII, 14. 26.

IV. Adverbia.

1) *Derivata* a) in e exeuntia: †bene *libenter* VI, 20, 16 "b. mori." Cf. II, 20, 8 "bona mors;" — culte *cum cultu* V, 20, 6. Quint. VIII, 3, 7. Sen. Suas. 4. Val. Max. II, 6. Iustin. III, 3; — *custodite *modeste* V, 16, 3. IX, 26, 12 ubi Keil leg. "commodius"; — †destricte *quasi destricto gladio* IX, 21, 4 (al. leg. "districte"); — effuse de ardenti amore VI, 26, 2. VIII, 24, 4. 30, 1. IX, 21, 4.

P. 84. Tac. Hist. I, 19. Germ. 21. Suet. Aug. 71. Ner. 22; — excusate IX, 23, 3. Quint. II, 1, 13. Decl. VI, 10. Sen. Ira II, 32. Tac. Ann. III, 68. Iustin. XXI, 1. XXXII, 2; — *historice II, 5, 5; — improbe a) *prave, immodice* I, 2, 3. *P.* 37. Quint. I, 3, 13. VI, 3, 95. XII, 7, 5. Suet. Vesp. 23. Marc. Emp. 31. b) *rustice, impudenter* VI, 28, 1; — incaute singulari usu I, 14, 4 "incautius" pro *securius, ita ut cauto minus sit opus, liberius.* Pro *improvide, imprudenter* VIII, 4, 8. IX, 13, 10. Cic. Att. VII, 20 al.; — inique *iniquo animo P.* 85. Suet. Caes. 45; — innoxie VI, 31, 3. Plin. mai. XXXI, 9, 45. Minut. Fel. Octav. 33. Vopisc. Aurel. 4; — invenuste V, 20, 5. Quint. I, 6, 27. Gell. XVII, 12. Appul. de mundo; — *mortifere III, 16, 3 "aegrotabat m." Dig.; — pigre I, 13, 1. *P.* 71. Colum. VII, 5, 3. Sen. Ira III, 17. Plin. mai. X, 34, 52. Lucan. V, 434; — prompte (quod ap. Hirt. Bell. Afr. 58 extat) IV, 17, 11. Tac. Ann. II, 38. IV, 31. XV, 52. Hist. I, 55. 74. Cels. II, 1. Val. Max. IV, 3. VI, 5. Iuven. 10, 220; — †proxime de tempore mox futuro I, 10, 11. IV, 29, 1. V, 7, 3. *ad T* 65, 1; — secure a) *remisse, sine cura* I, 4, 3. Vell. II, 129. Quint. VII, 2, 43. Suet. Ner. 40. Iustin. V, 9. b) *fidenter, sine timore* II, 17, 6. Val. Max. IV, 7. Quint. VI, 3, 10. Sen. Ep. 18. Iustin. V, 5; — sollicite I, 4, 2. 19, 4. III, 8, 1. VI, 15, 4. VII, 17, 8. Quint. II, 15, 9. V, 14, 31. XI, 1, 9. Sen. Ep. 93. 116. Suet. Claud. 18. Sil. VI, 572. Gell. I, 3. III, 16; — †summe ad augendam vim superlativi *ad T* 11, 1; — tenere IV, 27, 1. Plin. mai. XXIII, 3, 35. Tac. Dial. 26. Petr. Sat. 24. Pallad. I, 6; — tepide V, 6, 25. Colum. III, 5, 19.

b) in ter, iter exeuntia: *capitaliter I, 5, 4. Ammian. XXI, 16. Veget. II, 22; — efficaciter (quod extat ap. Plin. mai. XXIV, 6, 14. XXVIII, 11, 46. Sen. Controv. III Pr., alt. de brev. vit. 6. Quint. V, 13, 25) gradu comparativo VI, 6, 8 (Quint. VIII, 4, 8. Tac. Germ. 8), superlativo II, 13, 11. Plin. mai XXVI, 12, 79; — *eloquenter compar. III, 18, 6; superl. II, 11, 17. VI, 24, 4; — *exsultanter III, 18, 10; — favorabiliter V, 14, 3. Quint. IV, 3, 1. Suet. Ner. 7; — generaliter *generatim, in universum* (quod quamquam semel ap. Cic. Inv. I, 26, 39 extat tamen ab argent. aet. demum scriptoribus usu receptum est) I, 8, 3, IV, 20, 1. Quint. III, 7, 7. IV, 1, 43. V, 7, 4. 10, 8. 42. 11, 1. VII, 2, 31; — humiliter propria vi pro *demisse* VI, 24, 1. Pallad. III, 13; — impatienter II, 7, 6. VI, 1, 1. IX, 22, 2. Quint. Decl. V, 12. Tac. Ann. IV, 17. Iustin. XII, 15; — instanter IV, 9, 14. V, 19, 6. VI, 20, 10. VII, 22, 1. Quint. IX, 3, 30. 50. 4, 126. Tac. Ann. VI, 35. Suet. Claud. 5. Gell. IV, 18; — *irreverenter II, 14, 2. VI, 13, 2; — notabiliter I, 5, 13. V, 17, 5. Quint. Decl. 17, 6. Tac. Hist. I, 55. Suet. Aug. 87; — obiter *per occasionem, ἐν παρέργῳ, ἐν παρόδῳ* (quibus verbis Cicero in Epp. usus est) *ad T* 24, 5. Plin. mai. XXIX, 5, 30. XXXIII, 8, 44. XXXVII, 9, 37 — is etiam in transcursu locutus est —, Sen. Ira III, 1. Iuven. 6, 481. Petr. Sat. 31. 92; — †pariter *eodem tempore* IX, 28, 1; — principaliter *ut principem decet P.* 47. Sen. Consol. ad Polyb. 36. Arnob. I, 2. — *puellariter VIII, 10, 1. Capell. I, 21 [dictum de iis quae peperunt, ut Plinius puellas ipsas esse intelligit IV, 21, 2]; — *redundanter I, 20, 21; — reverenter III, 21, 5. VII, 31, 5. *ad T* 32. Tac. Hist. II, 27. Suet. Aug. 93. Ner. 23; — †salubriter *pretio modico* v. *mediocri* I, 24, 5 "s. emere," VI, 30, 3, "quam saluberrime reficere" (nomen adiectivum sic usurpatum invenitur ap. Colum. VII, 3. Martial. X, 104); — *scurriliter IV, 25, 3; — sufficienter *ad T* 29. Pallad. I, 35. Aurel. Vict. Epit. 20.

c) in im exit †carptim singulari significatione VIII, 14, 6 "c. dicere" i. e. *per intervalla loqui,* quae est oratio eius qui saepe interrumpitur strepitu. Vulgari usu (ut ap. Sall. Cat. 4, 2) VI, 22, 2. VIII, 4, 7. *P.* 25. Suet. Dom. 9.

2) *Adverbia loci:* hac-hac *hac-illac* V, 6, 19 (sic Tac. Hist. IV, 55 hic-hic locutus est); — hucusque III, 10, 6. Plin. mai. VI, 29, 34. XXVI, 4, 9. Quint. V, 13, 22; — †inde ita ut causam indicet pro *propterea* VII, 27, 6; inde est quod *hinc fit ut, haec causa est cur* IV, 5, 1; — †porro pro *profecto* I, 8, 10. 24, 4.

ad T 50, 2. *P.* 5; — undecunque IX, 4, 2. *P.* 80. Plin. mai. II, 105, 105. XXVII, 4, 5. Sen. de brev. vit. 27. Quint. VII, 3, 33.

3) *Adverbia temporis*: adhuc *praeterea* II, 10, 2. IV, 13, 1. Sen. Quaest. Nat. IV, 8. Plin. mai. XXXIII, 2, 10. Quint. II, 21, 6. IX, 4, 34. Tac. Ann. I, 17. Agr. 29. Flor. I, 13, 17. Semel ap. Plaut. Truc. V, 18. Comparativo pro *etiam* additum est *P.* 85. Sen. Ep. 85. Quint. I, 5, 22. II, 15, 28; — demum *tantum, duntaxat ad T* 33, 1. 66, 9. Quint. II, 15, 1. VII Pr. 1. X, 6, 5. XI, 3, 68 et saepe, Suet. Aug. 16. 24. Oth. 6; — interdum - interdum *modo - modo* VI, 16, 6. 31, 13. VIII, 20, 6. Quint. IV, 2, 14. VII, 2, 9 qui etiam *interim-interdum* et *interdum-interim* variat. Cf. Suet. Cal. 43 *modo-interdum*, Ner. 49 *modo-modo-interdum*; — interim-interim *modo-modo ad T* 27. Quint. V, 10, 35. VI, 3, 73. 5, 59. IX, 2, 100 al. l.; — mox *deinde* III, 9, 9. V, 17, 5. VI, 20, 2. VIII, 14, 21. 20, 8. IX, 33, 4. 36, 3. 4. *ad T* 64, 5. 97, 4. *P.* 11 (hunc esse usum scriptoribus arg. lat. maxime frequentatum constat); — olim *iam pridem, iam dudum* I, 11, 1. II, 10, 6. VI, 34, 1. VIII, 9, 1. *P.* 6. 24. Tac. Ann. XIII, 15. XIV, 15. XVI, 21 et saepenumero (cf. Böttich. l. l. p. 331), Sen. Ira I, 16. Ep. 77. Phaedr. III, 12, 5. Iuven. 6, 345. Suet. Aug. 30. Dom. 4. Lucan. V, 769. Petr. Sat. 22.

4) *Adverbia modi:* alioqui a) quod pro *ceterum, praeterea* iam inde a Livio apud historicos invenitur, Plinius saepissime cum et particula ita coniungit, ut proximis novam quandam rationem eamque gravem annectere soleat: II, 9, 1. 15, 2. III, 9, 19. VII, 9, 16. VIII, 21, 5. IX, 37, 3. *ad T* 42, 2. *P.* 45. 68. Addo cum alioqui pro *quamvis* a Plinio positum videri IX, 35, 1. 39, 1. b) i. q. *si aliter fit* ita ut coniunctionis vim accipere videatur I, 20, 2. III, 14, 6. V, 14, 2. VI, 14, 1. 20, 16. 31, 12. VIII, 8, 1. Tac. Ann. II, 38. (Quintilianeos locos v. ap. Bonnell. lex. Quint. p. 44. Cf. Hand Turs. I, 234 sqq. Schwarz ad Plin. Pan. 53. Observatt. 47); — ita demum *tum demum*, inprimis sequente coniunctione condicionali III, 3, 2. 9, 11. Quint. II, 7, 1. IV, 3, 14. IX, 2, 30. Plin. mai. III, 9, 11. Suet. Claud. 25. Vit. 14. Cels. III, 21; — utcunque in adverbii modum contra morem veterum additum adiectivis et verbis pro *quantum fieri potest* I, 12, 2. V, 5, 2. VI, 20, 19. Quint. II, 3, 4. 5, 11. IV, 1, 21. XI, 2, 24. Tac. Agr. 39. Suet. Tib. 11. Eum. Pan. Const. 15.

5) *Adverbia quantitatis:* paulo minus *paene, tantum non* VII, 24, 1. *P.* 28. Suet. Tib. 26. 39. Ner. 40; quanto minus quam *fere perinde quam* extra interrogationem positum *P.* 61; — quamvis in adverbii modum cum superlativo coniunctum, qui usus veteribus plane insolitus fuisse videtur, IX, 17, 1 "q. lautissimam cenam." Quare *Krebsius* Antib. p. 662 recte, opinor, locum Ciceronis (de Orat. III, 26, 103 "quamvis vitiosissimus orator") mendose scriptum esse putat, praesertim cum nonnulli codices *quivis* exhibeant; at Ellendtius *quamvis* retinere non dubitavit damnans *quivis*.

6) *Adverbia comparationis*: perinde seq. prout *P.* 20. Quint. IX, 4, 34; — perquam cum verbo coniunctum VII, 27, 1 "p. velim scire." Optimi scriptores h. v. soli adiectivo apposuerunt, ut Plinius quoque fecit II, 11, 13. III, 4, 3.

His adverbiis subiungo invicem quae vox apud optimos scriptores vicissitudinem quandam (sic ap. Plin. min. I, 22, 12. IV, 1, 2), deinde vero oppositionem significat, ita ut locum vocis *contra* teneat (II, 11, 25. IV, 1, 2. VI, 7, 2. VII, 14, 2. VIII, 18, 11. *P.* 32. 39) ab argent. aet. scriptoribus ita usurpatur, ut pro *inter se, inter nos* posita videatur: IV, 19, 8. 20, 2. V, 6, 16. VI, 8, 2. VII, 7, 1. 20, 7. *P.* 6. 51 (ubi Keil *te* a Dübnero additum rec.), 62. 83. 84. Quint. I, 3, 11. 4, 16. III, 10, 4. IV, 5, 21. V, 10, 71. 13, 22. VII, 2, 18. 10, 17. VIII, 5, 26. 27. IX, 4, 129. X, 7, 29. XI, 3, 168. XII, 7, 10. 10, 1. Tac. Ann. XIII, 38. XIV, 17. Hist. I, 74. 75. II, 47. III, 25. 46. Agr. 16. 37. Germ. 22. Suet. Aug. 66. Tib. 28. Flor. II, 11. III, 22. IV, 10. Val. Max. II, 1, 6, Phaedr. III, 7. Lucan. V, 16. Iustin. II, 10. VIII, 3. Interdum haec vox etiam ad augendam vim verborum "inter se" vel "alter alterius" (ut a Plin. mai. XVII, 37, 10) adhibetur, unde factum est, ut se invicem, suum invicem al. apud argent. lat. scriptores inveniantur, ut ap. Plin. Epp. III, 7, 15. *ad*

T 97, 7 cuius loci interpretandi difficultate *Teipel* nuperrime adductus est, ut de huius vocis usu uberius dissereret (cf. Mützell Zeitschr. f. d. Gymnasialwesen XV, 535 sqq.), Tac. Agr. 6. Dial. 25. Iustin. XI, 9. XIII, 2. Sen. Thyest. 102. Eutrop. I, 10. Et *invicem inter se* ausum esse coniungere Livium IX, 43 *Poppo* dissert. III l. l. p. 508 bene annotavit.[4])

[4]) Sunt *Auctoris ad Her.* expresse II, 14, 2 (Colum. XI, 1. Val. Max. VIII, 7), hilariter III, 18, 10. intente I, 4, 2. V, 19, 6. IX, 13, 1; LIVII cunctanter *P.* 30. immodice I, 20, 21. obsequenter IV, 11, 15. VII, 24, 3. perseveranter IV, 21, 3. subinde pro *saepe, crebro* interiecto temporis spatio I, 13, 2; LUCRETII insatiabiliter IX, 6, 3.

V. Praepositiones.

Circa *de, quod attinet ad,* e consuetudine arg. aetatis scriptoribus usitatissima ap. Plinium frequenter invenitur a) cum substantivis coniunctum III, 9, 13. 14. V, 14, 1. *ad T* 70. *P.* 20. b) cum verbis IV, 24, 4. VI, 21, 6. IX, 13, 1. *ad T* 49, 1 sq. 86, 1. *P.* 95. Iam Livius XXVII, 27 "multos circa unam rem ambitus fecerim" hanc praepositionem ea qua scriptores posteriores usi sunt significatione videtur usurpavisse. Ceterum cf. Tac. Ann. XI, 15. 29. XVI, 8. Hist. I, 13. Germ. 28. Dial. 3. 22. 28. Suet. Caes. 45. 64. Tib. 11. 69. Claud. 14. 22. 45. Ner. 51. Sen. Ira III, 32. Quintiliani locos v. ap. Bonnell. lex. Quint. p. 124.— Citra *praeter, sine* II, 1, 4. Tac. Agr. 1. 35. Germ. 12. Dial. 4. 27. Plin. mai. II, 51, 52. VII, 29, 30. VIII, 38, 57. XII, 17, 40. Quint. I, 4, 4. XII, 6, 4 et saepe, Suet. Caes. 28. Aug. 24. 66. Cal. 28. Claud. 35. Flor. III, 1. — In 1) c. acc. a) de loco V, 15, 7 *in infinitum,* VI, 31, 17. *P.* 56 *in immensum,* b) de tempore VIII, 14, 1. *P.* 40. 53. Plin. mai. VIII, 18, 26. Suet. Dom. 9 *in praeteritum, P.* 51 *in posterum,* c) finem significat α) I, 17, 2 "amicitia principis *in hoc* uti", Vell. II, 41 et ap. Quint. saepissime, Phaedr. prol. V, 2. Cf. "in id" Flor. IV, 7, 13. β) III, 11, 1. IX, 39, 1. *P.* 60. Tac. Ann. XIII, 8. XV, 30. Sall. Iug. 73 *in maius,* IV, 28, 3. IX, 39, 1. *ad T* 75, 1 *in melius,* IV, 18, 1. V, 3, 6. Tac. Ann. XIII, 43. XV, 64 *in deterius,* V, 10, 1. Tac. Hist. III, 13. Quint. I, 3, 1 *in peius, ad T* 98. 114. Quint. IX, 2, 87. Liv. IX, 26 *in universum, ad T* 75, 4. *P.* 68. 83. Ovid. Met. XI, 71. Vell. II, 114. Iuven. 14, 318. Tac. Germ. 45. Quint. II, 10, 4 et saepe (v. Hand Turs. III, 332) *in quantum, P.* 95. Vell. I, 9 *in tantum-in quantum,* γ) I, 8, 10. VII, 18, 2 in alimenta ingenuorum, III, 3, 1 in memoriam eius et in amorem tuum, IV, 17, 11 in excusationem vel etiam commendationem meam, V, 12, 1. *ad T* 75, 4 in ornatum, VI, 16, 10 in periculum, 27, 1. VII, 24, 7. *ad T* 24, 2. Tac. Hist. II, 1. V, 11 (cf. Hand l. d. p. 318) in honorem Caesaris, Quadratillae, operis, VI, 16, 13 in remedium formidinis, VII, 18, 1 in epulum, *ad T* 70, 1 in usus, 110, 1 in iniuriam privatorum, *P.* 7 in gratiam uxoris, 11 non in contumeliam numinum, sed in honorem tuum, 54 in omne ludibrium, ib. in venerationem tui. 2) c. abl. pro *ex* vel *a* apud *oriri* IV, 30, 2 "fons oritur in monte." Saepe hac praepositione de fluviis usus est Plinius maior VI, 3, 13. 13, 39. 16, 48. 11, 127 quos locos attulit *Poppo* dissert. II p. 6. — Sub in quibusdam loquendi formulis contra morem veterum usurpatum: I, 2, 5. Suet. Caes. 78 *s. hac exceptione* i. e. proposita hac condicione, I, 18, 5. VI, 5, 2. *P.* 76. Vell. II, 127 *s. exemplo,* II, 6, 6. III, 18, 2. *P.* 53 *s. exemplo praemonere* i. e. instituere aliquem exemplo, III, 9, 10 *s. aliqua specie,* ib. 20, 12 *s. unius arbitrio,* IV, 13, 11. VIII, 18, 4. Suet. Tib. 13. Claud. 24 *s. ea condicione,* V, 12, 1 *s. tuo filiique mei nomine* (Tac. Ann. V, 4. VI, 12. XIII, 20, 25. Hist. I, 5. Quint. Pr. 7. VII, 2, 24. Sen. Ep. 45. Suet. Aug. 29. 55. Colum. VII, 5), VI, 2, 3 *s. alterius invidia* i. e. ita ut alterum premat invidia, VIII, 6, 1 *s. hac inscriptione, ad T* 86 *s. cura [tua] Cocceiani Dionis,* ubi *tua* a Keilio recte uncis notatum, Orell. vero "curatura" coniec. quod rec. Dör., *P.* 83 *s. hac modestia.* — Super *inter* III, 5, 11 "s. cenam", IV, 22, 6. IX, 33, 1. Suet. Caes. 87. Aug. 77. Tib. 56. Curt. VII, 4. VIII, 4. Flor. VI, 2.[5])

[5]) LIVII est super = praeter IV, 26, 2. V, 5, 2. VIII, 4, 7. IX, 25, 2. *P.* 74. His adiungo ad hoc = praeterea (Liv. II, 23) I, 10, 6. 22, 4. II, 11, 10. 13, 7. 14, 2. 17, 19. 19, 2. IV, 9, 10. 16, 2. VI, 33, 4. VIII, 1, 3. 23, 2. IX, 26, 9 (al. "adhuc"), *P.* 4. 10. 20. 48. 77.

VI. Coniunctiones.

Nempe enim vox indignantis III, 16, 8. *P.* 62. Quint. II, 13, 9. VIII Pr. 6. — **non nisi** aliis verbis non interpositis IV, 13, 8. VI, 6, 4. Quint. I, 5, 19. V, 10, 115. X, 1, 20. 3, 29. Tac. Ann. II, 26. IV, 25. 68. VI, 49 ("nec nisi" apud eundem Ann. IV, 46. XIII, 36. XV, 29. 69 et passim), Suet. Caes. 52. 56. Aug. 21. 33. Vit. 7. Sed non diremptorum vocabulorum vestigia apud Ciceronem (Verr. I, 39, 98) quaerenda esse *Poppo* dissert. I p. 13 docuit. — **quin immo** I, 8, 4. II, 11, 11. IV, 9, 18. Quint. I, 1, 31. II, 5, 16. V, 11, 35. 12, 1. VII, 10, 8. XII, 11, 27. Tac. Dial. 6 [Cic. Att. I, 13 legitur "quin nunc"]; — **quoque** *vel, adeo, ipsum* III, 7, 15 al. loc. Ea significatione h. v. inde a Plinio usitatum videtur. — **scilicet** *nempe ad T* 79. Quint. V, 10, 8. 13, 36. VII, 1, 40. 2, 57. IX, 3, 58. X, 7, 28. Tac. Ann. I, 8. VI, 23. Agr. 2. Suet. Aug. 29. Tib. 14. Vesp. 2. Gramm. 4. Posteriores enim scriptores h. v. ita usurpant ut quae coniunctim minus accurate dicta sunt eis per singula postea rectiusque exponendis inservire videatur (Forc.). — **tamen**, **sed tamen** quibus particulis Plinius quasi ad orationem corrigendam eleganter utitur, ita ut vocem primariam vel semel (I, 18, 6. 20, 25. II, 17, 23. III, 4, 5. 11, 9. IV, 17, 2. V, 6, 8. VI, 28, 1. 29, 3. VII, 21, 1. 32, 2. IX, 25, 3. 30, 3. *P.* 31. 87) vel bis (IV, 12, 3. VII, 30, 4. VIII, 16, 1. *P.* 30) soleat ponere. Addo **quidem** particulam nonnullis locis (I, 18, 6. II, 17, 23. III, 11, 9. IX, 30, 3. *P.* 30. 31. 87) praemissam, ceteris neglectam esse.

Vocum a Plinio cum forma integra tum mutata e lingua Graeca desumptarum appendix.

A) **Agon** *ludus* IV, 22, 1. 7. *ad T* 79, 2, 119, 1. Suet. Ner. 22; — **andron** *locus angustior inter duos parietes extra aedes exstructus* II, 17, 22. Vitr. VI, 10; — ***aposphragisma** *figura anuli palae insculpta ad signandum* (Forc.) *ad T* 16, 3; — **apsis** *curvatura rotae* II, 17, 8. Plin. mai. XXXVI, 12, 17; — ***baptisterium** *lavacrum, labrum* II, 17, 11. V, 6, 25. Sidon. Epp. II, 2; — **bibliopola** *librorum venditor* s. *redemptor* I, 2, 6. IX, 11, 2. Martial. IV, 72; — **bule** *senatus ad T* 85, 1. 111, 1. 6. 113, 1. 117, 1. — **buleuta** *senator ad T* 48, 5. 113, 3. 115, 2. Spart. Sev. 17; — **caryota** I, 7, 6 ubi Keilii scriptura est "careota", Plin. mai. XIII, 4, 9. XV, 28, 54. XIX, 5, 29. Martial. XI, 31; — †**cataracta** *claustrum in flumine ad aquae cursum temperandum artificiose exstructum* (Wasserschleuse) *ad T* 69, 4. Rut. Itin. I, 481; — **christianus** *ad T* 97, 2. 98, 1. Tac. Ann. XV, 44. Suet. Ner. 16; — ***climactericus** II, 20, 3 "c. tempus," Gell. XV, 7 "c. annus"; — †**crater** *receptaculum aquae* (Bassin) V, 6, 23; — **diaeta** *conclave, pars domus habitationi apta* II, 17, 12 sqq. V, 6, 20 sqq. VI, 16, 14. VII, 5, 1. Suet. Claud. 10. Stat. Silv. II, 2, 83. Petr. Sat. 115; — ***dianome** *distributio, largitio, sportula ad T* 117, 2. 118, 1; — **diploma** *ad T* 54. 55. Suet. Aug. 50. Sen. Clem. I, 10 (pro *litterae magistratus quibus aliquid conceditur, itinerarium ad T* 14, 1. 121, 1. 122, 1. Suet. Ner. 12 et ante Cic. Fam. VI, 12, 3. Att. X, 17, 4); — †**ecclesia** *concio ad T* 111, 1; — **ecloga** IV, 14, 9. Stat. Silv. III, IV praeff.; — ***eranus** *stips collaticia ad T* 93. 94; — **gerusia** *aedificium in quo honoris causa senes de re publica bene meriti alebantur ad T* 42, 1. Vitr. IV, 8. Plin. mai. XXXV, 14, 49; — ***heliocaminus** *solarium, locus a sole vaporatus* II, 17, 20. Dig.; — **hemicyclium** V, 6, 33. Vitr. IX, 8. Sidon. Epp. II, 2; — **hendecasyllabi** *titulus carminum Plinianorum* (vox a Catullo 12, 10 usurpata) IV, 14, 2 sq. V, 11, 1. VII, 4, 1 sq.; — ***hetaeria** *ad T* 43, 1. 97, 7; — **hyperbaton** *transgressio* VIII, 7, 2. Quint. IX, 3, 91; — **hypocauston** *vaporarium* II, 17, 11. 23. V, 6, 24. Vitr. V, 10. Stat. Silv. I, 5, 59; — **iatraliptes** *reunctor medicorum* (ut Plin. mai. XXIX, 1, 2 vertit) *ad T* 4, 1. 5, 1. 22, 1. Cels. I, 1. Petr. Sat. 28; — ***idyllium** IV, 14, 9. Auson.; — **iselasticus** *ad T* 119, 1 "i. certamina", **iselasticum** *munus a principe victori destinatum ad T* 120

Trai.; — iseon *templum Isidis in urbe Nicomedia exstructum ad T* 42, 1 (ubi cum Keilio Catanei coniecturam sequor, Med. "Isson"), Plin. mai. V, 9, 10. Eutrop. VII, 15. Lamprid. Alex. Sev. 26; — lemma *argumentum quod quis sibi tractandum sumit,* tum *carmen ipsum* IV, 17, 3. Martial. X, 59. XIV, 2; — *lyrica (carmina) III, 1, 7. VII, 17, 3. IX, 22, 2; — lyrici (poëtae) V, 3, 2. Quint. I, 8, 6. VIII, 6, 71. IX, 4, 53. X, 1, 9. 61; — *lyristes I, 15, 2. IX, 17, 3. 36, 4. 40, 2. Sidon. Epp. VIII, 11; — *mesochorus *praecentor* II, 14, 7. Sidon. Epp. I, 2; — metrum I, 16, 6. IV, 14, 8. VII, 4, 8. 9, 14. VIII, 21, 4. Quint. I, 6, 2 et saepe, Suet. Gramm. 1. 23. Martial. IV, 6. Gell. IV, 17; — *mimiambi VI, 24, 4; — mimicus *fictus, simulatus P.* 16. Petr. Sat. 94; pro *ineptus, vanus* VII, 29, 3. Cic. de Orat. II, 59, 239. Quint. VI, 1, 47; — nomos *praefectura ad T* 23. Plin. mai. V, 9, 9; — opisthographus *in aversa pagina scriptus* III, 5, 17 "commentarii o." quos Iuven. 1, 5 *scriptos et in tergo* vocat; — paedagogium *coetus servorum tenerorum et pulchrorum qui ceteris lautius habebantur atque sub paedagogo erant* VII, 27, 13 "in p." pro *inter paedagogianos* (ut ait Ammian. XXIV, 3), Suet Ner. 28. Plin. mai. XXXIII, 12, 54. Sen. Tranq. I, 4. de vit. beat. 17. Ep. 123. Cf. Lips. exc. ad Tac. Ann. XV, 69; — pantomimus VII, 24, 4 sqq. *P.* 46. Suet. Aug. 45. Cal. 36 sq. Macrob. Sat. II, 7; — peristylium *locus porticubus saeptus ad T* 75, 2. 76, 1. Vitr. III, 1. V, 11. VI, 4. 10. Suet. Aug. 82. Dom. 49; — *phantasma *imago, species* VII, 27, 1; — podium *maenianum* V, 6, 22. Vitr. III, 3. V, 7; — *poëmatium *breve poëma* IV, 14, 9. 27, 1. Auson. Idyll. 7; — *procoeton (προκοιτών) II, 17, 10. 23; — propnigeon *praefurnium* II, 17, 11. Vitr. V, 11; — *protopraxia *ius primae exactionis ad T* 109; — psephisma *litterae urbis ad T* 52. 53 (pro *plebiscitum* ap. Cic. Flacc. 6 sqq.); — *scazon *versus choliambus, hipponacteus* V, 11, 2; — scholasticus. Ciceronis aetate eae exercitationes dicendi quae e schola originem ducebant *umbratiles* vocatae (de Orat. I, 34, 157), posteriore tempore *scholasticae* dici coeptae sunt II, 20, 9. IX, 2, 3. Quint. IV, 2, 92. 97. VII, 1, 14. XI, 1, 82. Tac. Dial. 14. Gell. XV, 1. Inde vox *scholasticus* vi substantivi instructa *litterarum studiosum* (ut ap. Quint. XII, 11, 16. Tac. Dial. 15. 26. Petr. Sat. 6. 10) et, quia vir doctus quasi quandam vitam umbratilem agens mores vitae communis solebat contemnere, *ineptum ac stolidum* significabat, ut I, 24, 4. II, 3, 5 ubi opponuntur verba "nos qui in foro verisque litibus terimur"; — *sipho (Feuerspritze) *ad T* 42, 2. Isid. XX, 6. Dig.; — sotadicus V, 3, 2 "s. versus," Gell. VII, 9, 16 "liber sotadicorum"; — sphaeristerium *locus ad pilae lusum destinatus* II, 17, 12. V, 6, 27. Suet. Vesp. 20; — splenium *linteola vel coria parva, fascia* VI, 2, 2. Martial. II, 29. VIII, 33. Plin. mai. XXIX, 6, 38. XXX, 11, 30; — stibadium *lectulus accumbentium forma semicirculi exstructus* V, 6, 36. Martial. XIV, 87 in lemm., Sidon. Epp. I, 11. II, 2. Serv. Virg. Aen. I, 698; — stropha *praetextus dolosus, excusatio dolosa, versutia, ars* I, 18, 6. Phaedr. I, 14, 4. Martial. III, 7, 6. XI, 7, 4. Sen. Ep. 26 (sic poëtae comici techne usurparunt); — syllogismus *conclusio (rationis), ratiocinatio* II, 3, 3. Quint. III, 6, 43 et saepe, Sen. Ep. 108. Plin. mai. II, 3, 3; — xenium a) *donum hospitale* VI, 31, 14. Vitr. VI, 10. Suet. Aug. 75. Cal. 55. Martial. XIII, 3. XIV, 1, Petr. Sat. 60. b) *quodvis munus* V, 14, 8. Dig.; — *zotheca *parvum conclave cubiculo adiunctum* II, 17, 21. B) Boletus (βωλίτης) I, 7, 6. Martial. III, 60. XIII, 48. Plin. mai. XXII, 22, 46. Tac. Ann. XII, 67. Suet. Claud. 44; — *cymbula VIII, 20, 7; — morio (μωρός) IX, 17, 1 sq. Suet. Aug. 83. Phaedr. V, 5, 8. Martial. VI, 39. VIII, 13; — *siphunculus V, 6, 23. Front. de Or. 1; — *zothecula V, 6, 38. Sidon. Epp. VIII, 16. IX, 11. — Addo *prooemiari II, 3, 3. Sidon. Epp. IV, 3 et *cryptoporticus quam vocem hybridam Plinius finxit, II, 17, 16. V, 6, 27 sq. VII, 21, 2. IX, 36, 3. Sidon. Epp. II, 2.[6])

*) Spatii angustiis ea vocabula Graeca a Plinio usu recepta omittere coactus sum quae priores scriptores Latinis litteris illustrarunt. — Ceterum lege p. 2, 10 "nihil adiutus," p. 16, 13 "cupidinem."

Schulnachrichten.

Allgemeine Lehrverfassung für das Schuljahr von Ostern 1861 bis Ostern 1862.

I. Prima.

Ordinarius: der Director.

1) *Religion:* Im *Sommer* die Confessio Augustana, im *Winter* Brief Pauli an die Galater und Brief Jacobi in der Ursprache; in beiden Semestern Wiederholung des lutherischen Katechismus und früher gelernter Kirchenlieder 2 Stunden Domprediger Mitzschke.

2) *Deutsch:* Correctur deutscher Aufsätze und daran geknüpfte Besprechung der für Dispositionslehre wichtigsten Punkte der Logik; Lectüre einzelner klassischer Schriften; Litteraturgeschichte von den ältesten Zeiten bis 1740 3 St. Gymn.-Lehrer Silber.

3) *Lateinisch:* Tac. Ann. lib. IV., Cic. de offic. lib. I., Hor. Oden (mit Auswahl), Controle der Privatlectüre 5 St. Stil- und Disputirübungen 3 St. der Director.

4) *Griechisch:* Soph. Antigone, mehrere Bücher der Ilias, grösstentheils cursorisch, 4 St. der Director, Demosth. or. Olynth. I—III., de pace, de rebus in Chersoneso gestis, Philipp. I. II. III., Plat. Crit., Stilübungen, Controle der pros. Privatlectüre (Herodot. lib. I. und Plat. Apol.) 2 St. Prof. Dr. Holtze.

5) *Französisch:* Mort de Louis XVI von Lamartine und Choix de nouvelles du XIX siècle (Bd. 4 und 5 der Göbel'schen Sammlung); daneben Uebungen im Uebersetzen aus dem Deutschen in das Französische und Repetition der Grammatik 2 St. Prof. Dr. Holtze.

6) *Geschichte und Geographie:* Geschichte der neueren Zeit von 1556 bis 1815, daneben allgemeine Repetitionen der Geschichte und Geographie 3 St. Gymn.-Lehrer Silber.

7) *Mathematik:* Im *S.* binom. Lehrsatz, geometrische und arithmetische Reihen, Combinationslehre, Stereometrie; im *W.* weitere Ausführung der Kreislehre, namentlich über conjugirte Pole, Aehnlichkeitspunkte, Potenzen; Kettenbrüche und unbestimmte Gleichungen 4 St. Prof. Hülsen.

8) *Physik:* Im *S.* Magnetismus und Electricität; im *W.* Wärme und Meteorologie 2 St. Prof. Hülsen.

II. Secunda.

Ordinarius: Professor Dr. Holtze.

1) *Religion:* Im *S.* der erste Theil des Evang. Lucä, im *W.* der andere Theil desselben Evang. und der erste Theil der Apostelgeschichte in der Ursprache; in